



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

IV. De affectu prosecutio Dei erga rationales creaturas speciali, siue
amicitia Dei propria erga illis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

dum pœnam intentat hominum; nihilominus, & salutis eorum amore nativo ardente desiderio, ne supplicia ex iustitia & ratione decerneret, simul agitur, ita ut pene decreuisse cum paniceat, & quasi retractet cum decernit. Non aliter, atque amantissimus Pater dilectissimum, pessime tamen meritum, filium immani supplicio affecturus, hunc tenerissimo eius amore inde pessimo merito ipsius distractus, iam ad veniam trahitur, iam impellitur ad supplicium: neutrum vero ita peragere statuit, quin inde in oppositum affectum simul regrediantur. Notatur Dei in peccatorum supplicii decernendis, paternæ hæc animi, & voluntatis fluctuatio, & pugna Osee 6. illis verbis: *quid faciam tibi Euphratim, quid faciam tibi Iuda? Ad quæ Hieron. Parentis in peccatis filius monstrat affectum: iuxta illud &c. ac si dicat. Nescis, quæ me hæc contigit: quem adde ardenter amo. Alioqui ad maium, & in promptu erat quid agerem: scelerum, à quibus te adeo efficacibus mediis detinere, ac remediis reuocare tentauit meritissimo supplicio: item Osee eundem cap. 11. quomodo dabo te Euphratim, propterea te Israël? Quomodo dabo te sicut Adamam, ponam te ut Sebam: conuersum est cor meum, pariter conturbata est penitudo mea: non faciam furorem iræ meæ.* Vbi Hieron. Nunc Deus ad Israël Parentis loquitur affectu: quid tibi Euphratim? quomodo te meo auxilio deducam? id sane Paternus meus affectus etiam post tot, tantæque scelera tua penas debitas extorquentia, non patitur: quæ te arte corripiam? quo potero sanare medicamine? & infidelitatem: cum duram imo crudeliter sententiam protulisset: rursum Parentis affectus misericordia vincitur & dicit enim conuersum est in me cor meum: pariter conturbata est penitudo mea: & ad eundem locum Theodoretus: ego, inquit, te defendere studeo: verum non me hoc facere sinunt tua impia scelera: quare, sicut Adamam ponam te, & sicut Sebam, quæ rana cum Sodomæ, & Gomorrah deflagrate sunt. At, vix contra eos calculum eduxerat, cum misericordia adductus sententiam remouit, Parentis imitatur, qui, cum maximo labore stetit ab errore reuocare non possunt, natura perturbantur. Item 18. Repente loquitur aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem, & destruiam, & disperdam illud: si penitentiam egeris gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam, & ego penitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei: & subito loquitur de gente, & regno, ut edificem. Vbi ipso punientis decreto ex hominum amore eius reuocatio, & penitentia concepta à Deo legitur, ni per arbitrii nostri steterit abusu.

10. Hæc porto antecedens Dei de omnium hominum salute adeo est ex scriptura, Patribus, & Theologicis rationibus, ut vidimus explorata, ut nihil firmum contra eam possit opponi, vnum est Augustini testimonium recitatum à Ruiz d. 20. sect. 5. numer. 6. his verbis: *Mali salui non sunt, non quia ipsi nolunt, sed, quia Deus non vult: quod absque ulla controuersia manifestatur in parulis. Ergo respectu horum, nec de salute eorum est voluntas antecedens, quæ expressè ab Augustino negatur: nec conditionata ex parte obiecti, siue specialis, ac pendula à bono vii arbitrii, ut dicebamus. Respondetur: voluntatem saluandi, quæ respectu aliquorum negatur ab Augustino, cuiusque defectu, & adulti plures, & infantes in baptizati (de quibus ibi Augustinus) pereunt, non esse, quam cum scriptura, & Patribus, & communi Theologorum aduersum: sed voluntatem prædestinatam, seu Dei prædestinationem: siue qua nemo de facto saluatur, & quam Deus, adhuc ex ea antecedente voluntate salutis omnium hominum pro suo arbitrio, & voluntate potest erga quemvis habere, vel omittere: ac proinde nulli hominis actualis voluntas causa sepe est, ut erga ipsum à Deo prædestinatio non habeatur: ut in paruulis, qui in baptizati decedunt, & adultis quorum primam mortale finale quandoque est, esseque in omnibus absolute potest: quare huius rei causas præter Dei voluntatem, occultaque, & secreta concilia, tam in paruulis, quam in præfatis adultis ob primum mortale demeritis, indagare inuisibilis, atque stolidi laboris nobis esset, ut docet Augustinus. Cap. 4. contr. Iulian. cap. 3. circa med. & epist. 157. ad Optatum post medium.*

quamvis eius voluntatis. & concilij rationem satis congruam addat ut in non prædestinatis nouerint, quid omnibus debeat, & prædestinatis, quæ sibi pœna debita (ob originale saltem) relaxetur: & quæ in debita gratia condonetur: quam rationem, & verba inferuit Beda in id ad Romanos 9. *quod si Deus volens ostendere iram: &c. Alia, quæ opponi cum specie aliqua difficultatis possent diluimus certam. 3. numer. 4. 5. & præsertim 6. leuiora vero plura ex simplicitate volitionis diuinæ desumpta, nec mentionem, nedum solutionem merentur, illud tandem, quod voluntas Dei semper, ac de lege, ut aiunt, implicatur, debeatque impleri: id quod, de actiua, & serua voluntate Dei saltem, intelligendum videtur (cum tamen antecedentem hanc salutis omniau seriam actiuamque esse, etiam respectu reproborum in quibus non impletur, docuerimus, difficultatem non habet: siquidem de voluntate serua Dei omnino, & absolute efficaci proprium est infirmitatem de se esse, ac natura sua cum effectu volito connecti, vltra vero, imò infra eiusmodi efficaciam, aliam seriam actiuam Dei voluntatem esse posse efficacem solummodo secundum quid, cuiusmodi antecedens hæc Dei voluntas sit, ostendimus certam. 3. numer. 6. quare illi non in reprobis solum (in quibus de facto caret) sed in omnibus effectu carere non repugnat: imò nec Deum salutis, rectæque vitæ alicuius, quantumvis eximie prædestinati, à Deo vehemens desiderium habere non posse, quod natura sua absolute efficacis consensus honesti, & salutis per illum consequenda sit, ipsique ab intrinseco connexum, ostendimus sequenti questione de præfinitionum, etiam natura sua regularatur per scientiam mediam, possibilitate agentes.*



QVÆSTIO IV.

De affectu prosecutiuo Dei erga rationales creaturas speciali, siue amicitia Dei propria erga illas.

QUOD dicitur supra de amore amicitie personæ cuiusvis Trinitatis erga duas reliquas constat Deum erga irrationales creaturas proprium amicitiam, adhuc inchoatæ, siue quatenus ex parte Dei est, affectum exercere non posse: constat enim amicitiam perfectam, atque absolute talem, mutuum duorum, ut minimum amorem, siue alterius ad alterum redamationem essentialiter includere, irrationalia vero redamare nequeunt amantem: quare neque huius in ipsa amor amicitia, adhuc inchoata, & partialis esse omnino potest: siquidem pars omnis, & inchoatio vera, essentia sua partem possibilem, & totum siue absolutum, & perfectum non repugnans essentia sua concernit: quocirca etsi Deo erga irrationalia beneuolentia alicuius, quæ concupiscentie non sit, affectum negare me iudice non possumus (sicut, nec nobis, qui alteri ex certantibus brutis, nec ex nostris, neque ex amicorum utilitate, & complacentia victoriam optamus, ac de eius morte dolemus) amicitia vero propriæ adhuc inchoatæ erga illa affectum concedere non possumus: idcirco de amicitia Dei erga rationales creaturas solummodo esse potest questio, & difficultas in præfati profiganda: ubi de eius erga earum aliquas inæqualitate.

CERTAMEN I.

Datur affectus amicitiae propriae erga creaturas rationales in Deo.

1. Conclusio hæc absque temeritate, ut minimum, negari non potest: tam quippe in scriptura, & Patribus expressam videor mihi videre, à nulloque Scholastico negatam: eam expresse affirmat S. Thom. 1. part. quest. 20. art. 1. ad 2. art. 2. ad 3. sentent. d. 32. quest. 1. art. 1. ad 2. & art. 1. ad 3. atque eius discipuli S. Bonavent. sententiam ad locum primæ partis citant, ubi, & nostri ipsius interpretes. Valquez d. 82. cap. 2. ac reliqui: & item Capreolus d. 45. art. 1. conclus. 11 supponit Magister d. 17. & sequentibus sæpe, maxime d. 32. ubi expresse S. Bonavent. art. 1. quest. 2. ad argum. Richard. art. 1. q. 1. arg. 2. cum eius solutione collato. Carthus. q. unica in relatione sententia S. Thom. Durand. q. unica, art. 2. & Scotus q. etiam unica sub finem ad argum. 2. qui duo postremi, etsi ita planè censent; ita vero quandoque loquuntur, ut aliquibus Scholasticis non ita textum & contextum totum legentibus, rimantibusque, sed fragmentatim solum rependentibus, ut ipsos pro opposita negatiua sententia referent anam præbuerint non exiguum: ex nostris qui articulatim S. Thom. interpretati non sunt, etsi partium eius methodum inscribenda Theologia, sententiaque seruauerint: Herize tract. 2. d. 18. cap. 2. num. 15. Luis. Torr. 2. d. 66. dub. 2. Alarcon de volunt. d. 2. cap. 3. Ruiz d. 52. sect. 6. Martinon de Deo d. 16. sect. 3. Arriaga d. 26. sect. 4. Quiros d. 73. sect. 1. etsi hunc affectum, non adeo distinctè, & exactè, sed ex communi titulo, & difficultate virtutum moralium diuinum duo hi postremi, sicuti & Herize examinarint; non autem ex amicitia propriis, nec aliis moralibus affectibus communibus: communia autem hæc tract. de virtutib. Dei moralib. discutienda semel erunt pro omnibus, ne singulis earum questionibus repetantur.

2. Hi igitur, quos ea in re Arriaga sectatur, ex ea difficultate questionem de Dei erga creaturas rationales decidendam vix putant: An Deus creatam bonitatem propter ipsam, ut finem *qui vel cui*, vel adæquatum, vel inadæquatum possit amare de facto amet quod de adæquato fine, ad quem Dei amor ultimo terminetur, quin ad seipsum illud referat amore suo, de facto, Arriaga, tres vero alij, adhuc de possibili admittere non audent: quia, & antecessorum Theologorum, immò, & sui ipsorum mentem non satis distinctè penetrarunt, dum Deum omnia propter se, ut finem amare docent; non satis attendentes, & se & illos finem pro formalissimo specificatiuo amoris diuini usurpasse: cum id inde in primis probent: quod alias diuinus amor à creatis obiectis specificaretur, atque in sui intrinseca perfectione penderet. Ceterum, etsi creati amoris finis omnis præcipuum specificatiuum sit: imò & obiectum quodvis formale motuum eius, sit etiam eius essentialis specificatiuum; secus tamen diuino amoris contingit: qui ex Deo, eiusque bonitate, tanquam obiecto, nec dum considerato, ut fine, aut medio amoris erga creatam, vel in creatam infinitus simpliciter è genere suo euadit per denegationem termini etiam extrinseci: & cui proinde motuum, finisve vllus eiusdem amoris, ad quodvis obiectum explicari intelligatur aliquid perfectionis in linea amoris addere possit; ac proinde respectu amoris diuini obiecta motiua, & finis proprie talis creatura esse possunt, quin motiua seu finis, quoad eius specificatiuem, seu vim specificatiuam illius, sint.

3. Porro id docui vniuersum agens, & principium virtutibus moralibus, ac proinde amicitia erga rationales creaturas propria (de qua in præsentem statuendis ponens d. 2. q. 4. 1. & 6. eas rationes penetrasset, atque absolute separabiles animaduertent, nec Deum omniamoris sui erga creatam finem, & motuum vltimum, quasi id quandoque scriptura docet, assererent, nec aliis locis,

quibus, & voce, & ratione ad creatam eum auorem, ut motuum vltimum, & finem tam *qui* quam *cui* terminum conuincitur, turbarentur: atque ut vtrumque (quod fieri rectè haud quaquam potest) conciliarent, difficultas valde, facileque redarguendas doctrinas irritò labore minimè excogitasset: quarum relatio hic, & confutatio inutilis: maxime, cum eas omnes citans Arriaga reterat, ac refellat, valeatque quilibet, ubi semel eas audierit, ad manus, ut aiunt, earum deprehendere fallaciam: illud solum addam: miraculi instar esse distinctionem hanc mouendi, & specificandi in motui creatis respectu diuini notam eis non fuisse, sed penè ignotam: quia nusquam respectu amoris creati separatim, immò nec separabile agnoscent; & tamen rationem terminandi, & specificandi in eisdem obiectis respectu amoris creati inseparabilem (implicat enim meum Petri amorem, et si eodem principio motui formali sit, Ioannis aut Bacephali amorem esse) respectu tamen amoris diuini, non solum separabilem vnam ab alia admittant, sed de facto diuisam fateantur, ut diuinum amorem de obiectis creatis ab his specificatiue independentem ea ipsa ratione, qua nos eandem rationem mouendi eorundem obiectorum, à ratione specificandi respectu diuini amoris diuisum, omnino defendant; sed de his, & hic & citatis locis satis.

Probatum conclusio ex scriptura cuius verba iuxta statam apud Patres, & Scholasticos interpretes omnes regulam secundum proprietatem significationis dicta, ac recipienda à Catholicis, (ubi nihil, vel scriptura, vel sanæ doctrinæ aduersum continent) sunt. Iudith. 1. Itai. 4. 1. Iacob. 2. dicitur. *Abraham Dei amicus est*. Psalm. 138. de iustis omnibus. *Nimis honorati sunt amici tui Deus*. Sapient. 7. de Sapientia est iustitia morum thesauri: *qua qui vult participare facti sunt amici Dei*, &c. ac infra *Amicos Dei*, & *Prophetae* respicitur. Luc. 12. *Dico autem vobis amicus meus, Ioannis*. *Vos amici mei estis, si feceritis, quia ego præcipio vobis*. infra: *vos autem dixi amico*. Ex quibus sic arguo. *Amicitia proprie accepta* (ut hic præmissi accipiendum) in parte cuiusque extremi, seu personæ, non solum eum amorem erga alteram essentialiter dicit; sed huius etiam erga illam vicissim, ac mutuo: ita vti ex parte amoris redamatio in amantem deficit, amor quidem in illa sit: amicitia verò adhuc ex parte amantis esse non possit: ut supra de amicitia diuinorum personarum inter se disputans ostendi discept. proxima. Atque eis locis amicitia hominum erga Deum asseritur: ergo, & allicetur saltem virtute, & illatione proxima, mutuo ex parte Dei in homines amor, atque amicitia: idem argumentum continet Tridentinum sess. 6. cap. 6. docens impium per iustificacionem ex inimico fieri amicum Dei: hoc quensque & constans apud Patres omnes concors locutio (ut merito ob hæc testimonia & argumentum prædictum in eis contentum propter Dei erga homines, ut subinde reliquas rationales creaturas iustas, ac redemptas, negare non temerarium solum censet, sed erroneum.

5. Expressius adhuc hæc dogmatica veritas continetur illis verbis Sapient. 8. *Ego diligenti me dilige, & illa Ioann. 14. & 15. Si quis diligit me, Pater meus diligit eum: & sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: & manete in me, & ego in vobis*, vti que per dilectionem Patres omnes, interpretes, & Theologi intelligunt: in eis quippe rationalium personarum Dei nempe, & hominum amatio, ac redamatio; siue mutuo amor asseritur: quæ amicitia proprie essentialis definitio continetur: quæ amicitia & à definitione ad definitum demonstratio effluunt. Consulto omisi illa testimonia quibus vel impij amari compellantur, dum inuitantur à sapientia ad iustitiam: eis enim non, tam, quod sunt, quam, quod eos esse Deus desiderat, explicatur: quo Dei misericors, & beneuolus affectus significatur: non amicitia, quæ complacencia erga amicum est, amor, & mutuo: vtriusque autem Dei erga impium beneuolentia ab amicitia deficit: cum, quia mutuo non est, cum ab impio non redamatur Deus, quia ex complacencia impij quem Deus pro eo finem odit, amare illum, pro tunc, nequit charitatis & amicitia amore (quæ similitudinem, non qualemque creaturæ

is omnibus communem, sed supernaturalem cum Deo respicit: sed benevolentia alterius laxioris, ex misericordia, est non ob Dei utilitatem, ut locus datur gratiae: eadem de causa mitto illa Ioann. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: & similia illa: commendat autem charitatem suam Deus: quia cum adhuc impij essimus, &c.* eis enim, non, charitatis, quatenus à misericordia differt, aut amicitiae propriae Dei amor, sed intentione, & inchoatione solum tali, erga peccatorem exprimitur. Magis probant illa Prouerb. 12. *qui diligit cor diu munditiam propter gratiam laborum habebit amicum Regem.*

6. Ratione Theologica probari à nonnullis à priori potest: quia amicitiae virtus honestissima moralium est: ergo illam prosequitur Deus, cuius amor de sefe omniatorem formalis est: ita vero efformata ratio nihil probat, est pro reliquis. Deo virtutibus moralibus vniuersum probet: id enim specialem amicitia habet, ut dicitur in bonitatem personae amare tendat: est enim formalitatem complacentia de illo, minime otiosa, sed ex qua rursus bona illi ex eadem complacentia optemus, & quae ab ipso possit gaudemus, ut in linea finis cui primum mobile reliquorum affectuum personae amor sit: sicut in linea finis qui intentio finis reliquorum eius lineae affectuum primum mobile (id quod non à Deo excludit in seipsum ab aliis video) non autem in bonitatem, sed honestatem amantis in eo amore exercendam ferret: id enim non nisi ex complacentia sui, cui amicum honestum amicum amare, fieri nequit: quare amore concupiscentiae, non autem amicitiae fiet, cum reflexe ob honestatem virtutis amicitiae eius amorem appetimus: quod in actu charitatis patet: quem, si ob eius honestatem reflexe velimus actu charitatis, & ex pura complacentia Dei non amamus, sed ex concupiscentia: quare, & reflexus ille actus charitatis Dei non est. Potest autem ita efformari ut vim habeat: quia supernaturalis bonitas Deum perfecta charitate, & dilectione diligentis, suae actus, suae habitus, ne incompete de formis sanctificandis quaestione miscellaneam; nec vulgariter, nec ex vulgaribus principiis à nobis dirimendam miscellaneam; rationalem creaturam obiectum dignum complacentiae, & redamationis diuinae constituit: quod argumentum non legitur confirmatur: etenim mutua affectus conuenientia similitudinem, in quavis animalium specie iuxta cuiusque capacitatem, naturalissima est: atque inter Deum, & rationales creaturas iustas, & ipsam suae actualiter suae habitualiter amantes, similitudo (quae creatura ad Deum esse potest) est perfectissima: ergo, & inter eos mutua supernaturalis affectiva conuenientia, seu amicitia. Probatur minor: est siquidem in iustis ita Deum diligentibus diuinae naturae participatio, & similitudo 2. Petri 1. *ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae: & filiatione adoptiua vera, quae obiectum similitudinis imagine supernaturali Dei Parentis esse non potest.* Hoc porro argumentum continet illud Ecclesiast. cap. 27. *voluntas ad sibi similia conueniunt: & cetera ad eos, qui operantur illam, quo etiam spectat id Sap. 5. Custodia legum consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit proximum esse. Proximum inquit, ac inquam; sed ut alter alicui: longo proximum inter-*

7. E proxima ratione occurrit obiectioni aequalitatis amicum necessarii, & essentialis ad proprie dictam amicitiam ex Aristotele 8. Ethicor. ad Nicomac. c. 7. lib. 9. c. 3, & 8. item 7. Ethicor. ad Eudem. c. 5. lib. 11. init. & cap. 12. Probique scribente. *Amicitia in aequalitate quodam, consistere videtur, nisi frustra dicatur amatoria esse aequalitas.* Atque Dei ad homines summa, infinitaque distantia, & inaequalitas cum in esse, tantum amore est, ut inter infinitum, & finitum: ergo nec propria inter eos amicitia esse potest: ut idem Aristoteles concludit cap. 10. 7. ex 8. Ethicor. ad Nicomac. citato: *Si longe separatus sit aliquis, ut Deus, non amicum manet amicitia: & citato c. 5. ex 7. Ethicor. ad Eudem. Ridiculum esse: si quis Deo exproberet, si non pro eo, ac ob hominibus amaret, vicissim diligeret: aut Primogenitum, quod non aequalem amorem subditis praestaret. Et con-*

firmat 8. illo Ethicor. cap. 1. Proloquio vulgari: *Pare*

cum Paribus & graculus graculo, &c. cui simile est proloquium Prouerb. 13. verum ex dictis proximè constat horum solutio: per dilectionem supernaturalem diuinae naturae participationem, & similitudinem esse: quam, ne subodoratus quidem Aristoteles fuit: vnde nihil mirum, si inter Deum, & homines amicitiam negarit ob inaequalitatem eorum, tam in natura, quam in amore; ob eam verosimilitudinem, & participationem nobis à Deo donatam dilectionis, suae actualis, suae habitualis, communicatione, & Dei amici infinitè excellentis ad hominem iustum, quem amicum sibi vult, quantum opus sit (ut ait Cicero de amicitia inter Superiorem & inferiorem) demissionem reperiri: verum prouerbium illud ex Hieronymo ad id Mich. 7. *nolite credere amico desumptum: Amicitia paret aut inuenit, aut facit, ubi inaequalitas est, & alterius eminentia, necdum vero affectuosa eminentis dignatione affectuosè ad inferiorem complanata alterius subiectione, ibi non tam amicitia, quam adulario est:* At inquit Dei Dominum, & creaturæ seruus essentialis est inuincibilis, & inabdicabilis: ita enim est physice secus affectuè: eo enim modo, & à naturali dominio Dei minax, terrenisque supercilium, & à naturali nostra seruitute seruilis timor, & terror, quæ amicitiae obsunt, excutitur.

8. Quin & Aristot. 8. ad Nicomac. c. 12. *qua est filiorum ad Parentes, & hominum ad Deos ut ad bonum est & excellens, amicitiam admittit; quia; (ut doctè S. Th. aequalitatem ab eo requisitam inter amicos non numeralem, & Arithmetica, sed proportionalem, seu Geometricam de amicitia vniuersum sumpta interpretatur) est quaedam amicitiae species sit, quæ arithmetica etiam requirit: quæ proinde inter solas diuinas personas in diuinis, summe quidem perfecta, intercedit ob bonitatis, & perfectionis communis, non aequalitatem solum, sed identitatem etiam & vniuersam vnitatem. Porro aequalitatem solum hanc proportionalem amicorum dignitate, & perfectione inaequalium, affectuumque, imò, & effectuum vicissim sibi ex amicitia praestitorum, ad amicitiam propriam absolute sufficere expresse ipse Arist. eodem lib. 8. cap. 14. post med. Scribens: *Amicitia namque id exposcit, quod fieri potest non id, quod est ex dignitate. Nec enim in omnibus est, ut in honoribus erga Deos, & Parentes, Nemo enim vniquam dignum reddere potest: sed, qui, quod potest exequitur bonus, & aequus esse videtur.* Tunc enim proportionalem, tenet aequalitatem, & 7. Ethicor. ad Eudem. c. 12. circa med. excellens contrarie reddit proportionale iuxtaque diametrum iungit: tamen maius quid, & praestit inferiori, & sit: inferiuscule concludit: *quocirca aliquo alio aequali, & proportionale reddere, inferiores nimirum amicos excellentioribus, conuenit: honore scilicet, qui & natura Principi, & Deo tribuitur à subiectis, non quidem metu, & coactè, sed ex benevolentia exhibitis & vltioncè.**

9. Sed, quoniam quæ semper, & indefinite Deo adesse de facto, quasi statuta lege dicuntur (ut amicitia Dei erga omnes ipsam charitate, suae actuali, suae habituali diligentes locis datis asseritur) ubi aliunde de eius pacto, & promissione, aliunde ex scriptura (ut hic euenit) non constat; necessitate naturali Deo adesse videntur, inferitur sane Deum, non libere, sed ex necessitate creaturas rationales iustas ipsum diligentes, atque ob motuum purè creatum (cuiusmodi est nostra erga ipsum, suae actualis, suae habitualis dilectio) affectu prosequi amicitiae. Hoc autem contra principium nostrum generale, & circa absolute existentia creata omnia cunctis Theologis commune, de libertate amoris Dei erga creata supra statum videtur pugnare. Sed in primis falsum est antecedens: cum enim reuelatio de absolute factis, à Deo habitis, & conceptis, etiam libere, affectibus esse possit, est nulla naturæ suae leges aut præcedentia pacti, vel promissionis suae à Deo habiti, conceptique fuerint, esse potest eorum reuelatio: quare etiam aliunde de pacto, aut promissione Dei non constat, eos naturæ diuinæ lege, ac necessitate à Deo habitos conceptosque fuisse minime probat: eo tamen ad praesens, & similia alia permisso: nihil contra principium illud nostrum (& omnium quoad absolute existentia creata) de libertate amoris Dei erga creaturas omnes probat: illud enim intelligitur à cunctis de libertate amoris diuini à voluntate Dei secundum se, ac

R nudg

nude considerata; non autem vestita libero aliquo affectu suo, quo ad creatum aliquid amandum, siue efficaciter, siue inefficaciter, siue complacentia pura simplici determinetur, uti efficaci finis intentione ad electionem mediorum determinatur, & imperante quovis affectu ad affectum imperatum. Sic ergo; ex affectu amicitiae ex parte Dei quo nobis redamationem sui (qua in ratione propriae amicitiae completur, per nostram, siue actuaalem, siue habituaalem) donat determinatam eius voluntatem ad amorem amicitiae erga nos ex parte sui manere dicendum est, quia & nostram redamationem, & amicitiam absolute talem efficaciter ex parte sui intendit, & quod ex parte nostri apponendum ad propriam virtutis amicitiam restat, non eius, sed nostrae de reliquo subiactae libertati.

CERTAMEN II.

*Possibilitas inaequalitatis amicitiae Dei
erga rationales creaturas.
examinatur.*

1. **H**Ac de re generaliter egit S. Thom. l. p. q. 10. art. 3. inquires: *utrum Deus aequaliter diligat meliora?* & art. 4. *utrum Deus semper magis diligat meliora?* Nos autem de amore amicitiae speciatim inquirimus: quia de hoc plura in questione de facto scitu digniora occurrunt: & ex dicendis hic, quid vniuersim de quovis alio affectu Dei creaturarum prosecutio dicendum sit, eadem claritate patebit: ut autem distinctius procedatur inaequalitas amicitiae Dei, erga creaturas rationales iustas dupliciter a Theologis consideratur. Primo, pro inaequalitate, quoad effectus ex amicitiae amore profectos: Secundo, quoad intrinsecum Deo affectum, unde effectus illi extrinseci in eius amicos proveniunt: & de inaequalitate amoris amicitiae Dei erga suos amicos iustos in sensu primo, nempe quoad effectus, conveniunt Theologi omnes possibilem esse, ut respectu unius, quam alterius posse minorem esse, vel maiorem ex facto ipso comprobatur: cum plura dona gratiae, & supernaturalium reliquorum ex amicitiae affectu aliquot sanctis suis; aliis vero pauciora donaverit, & quotidie donet, ut experimur: quoad inaequalitatem vero intrinsecam affectui amicitiae Dei, si physice, & extrinsece loquamur, conveniunt etiam Theologi esse non posse respectu unius, quam alterius iusti, & amici maiorem, vel minorem, siquidem eodem iudicabilius physice, & (mea vera, ut aestimo) sententia metaphysice, & essentia sua infinito amore suo quodvis creatum, & creatura omnia siue naturalia, siue supernaturalia bonitate bona prosequatur. Ceterum etsi commune apud Theologos omnes, at mihi verissima sint qui liberam Dei voluntatem & affectum non per Deo intrinseca adaequate constitui formaliter complerique arbitrantur stante huius doctrinae nec debeat stare, nec (quod haud medioere doctrinae illius siue absurdum est) stare possunt: siquidem in effectibus, & donis, quibus per eos affectiva amoris Dei libertas, seu omnis Dei amor liber intrinsece, qua talis constituitur, negari inaequalitas nequit: quare neque in amore amicitiae libero intrinsece per eos effectus constituto: quidquid enim in horum sententia adaequate intrinsecum amoris Dei est necessarium & indifferens ad quemvis liberum amicitiae amorem Dei erga iustum quempiam est: amor quippe necessarius Dei erga seipsum est, ut hi docent Authores.

2. Et sane doctrina communi opposita (a qua recedere necesse est commotiores homines extrinsecos) supposita, nulla superesse via videatur inaequalitatis affectus amicitiae Dei erga iustos quoad affectum ipsum, sed quoad effectum tantum: atque ita videtur ex ea conclusione S. Thomae intulisse: Deum non amare magis unum, quam aliud bonum, sed tantum ex parte boni, quod vult amato: quod consonat doctrinae Magistrum in 3. d. 32. c. Considerandum dicentis: *dilectio Dei non recipit magis, & minus secundum essentiam, sed tantum secundum efficientiam*: ubi Sanctus Bonaventura art. 1. q. 2. corp. dilectio Dei potius dicitur esse dilectio effectus, quam affectus,

& Richard. art. 1. & 2. Henricus art. 46. summ. q. 6. ad 1. *Amare magis non secundum substantiam amari, sed secundum maiorem bonitatem quam causat.* Alexander. 1. p. quest. 1. metaph. 2. & 3. Amor Dei ad creatura, amor erga se solum connotatum producendum addit. Nec mirum cum antiquiores; libera decreta Dei, vel per extrinsecas connotata contingentia, vel per relationem rationis ex illis resultantem constituant: quibus proinde ita consequenter loqui visum est; quamquam alterius consequentius locuturos nuper ostendi: nisi Deum quoad affectus siue in linea volendi liberum negent: siolumque in linea efficiendi liberum admittant: ut de constituto liberatis decretorum dicebam: in S. Thom. & reliquorum non connotantium sententia ex aequalitate euitantia physica amoris divini erga obiecta quavis omnis ipsius inaequalitas, maioritas, minoritasque, quoad affectum respectu unius obiecti, quam alterius, videtur impossibilis: & quamquam ab eorum plausibus possibilis, & de facto esse asseratur, rationabiliter & authoritatibus proberetur, ut iam referemus: ab eorum tamen nullo. propositae consequentiae difficultas emollitur: quia tamen eadem fere est cum illa decem liberi Dei cum amore necessario physice prorsus identificari, quam hucusque nemo circumavit: ex nostra autem difficultatis complandae doctrina, & praesentis conplanationem speramus.

3. Dicendum est Dei amorem amicitiae affectum, neque effectivum solum, posse esse inaequalem, maiorem, minoremve respectu unius quam alterius iusti: & vniuersum amorem quemvis Dei erga obiecta quavis quae amat amare potest: ita S. Thom. proxime Scotum 3. d. 2. q. 2. vbi Gabriel ibidem q. vnic. art. 1. notat, 3. inaequalitatis gradus recensentes Carthus. ibi q. etiam vnic. circa finem in explicans, & concilians sententiam, hac in re S. Thom. & Bonavent. & aliorum a se relatas. *Potest dici maior dilectio Dei, etiam ex parte ipsius dilecti: non secundum quod est, sed secundum relationem. Et respectum ad amatum, secundum quod maius bonum vult cui alteri ita quod non est solum ex parte voliti, sed ex parte per respectum ad volitum: atque ita demum censuisset Ruiz pluribus conclusionibus tandem explicans sententiam d. 53. a sect. 1. ad 4. Probatur conclusio vniuersim ex August. tract. 110. in Ioan. med. Omnia inquit diligit Deus, quos fecit: Et interea magis diligit creaturas rationales: Et ex illis eas amplius, quae sunt membra virginis filii sui: Et multo magis vniuersum suum, Chama. Alex. 1. Pedagog. c. 8. init. quod si nihil aliud habet carum, quam ab ipso facta sunt, restat, ut id diligit: longi autem plura quam alia iure hominem diligit, quod est vniuersum animal eorum, quae ab ipso effecta sunt, prius, ac rectius praedictum. Id ipsum probant in quest. de facto censu recitanda opportunius Patrum & scripturae testimonia quamplura. A ratione multo ex capite probati conciliari potest, ut iam ostendimus, etsi earum aliquibus nisi aequant, qui eis videntur; communis rationis apud antiquos a Cathusiano proxime attracte robur non alioquin: quod scilicet Deus non nisi voluntarie, & libere creata producat; ac proinde cum melius ac magis bonum, quam alia inter creata producat, vult quidem liberius bonum, & minus bonum producere: ergo magis vult maius bonum quam minus bonum velle: ac proinde non solum inaequalia, sed inaequaliter vult. Sed contentia facilius negabitur, quam probetur: siquidem maius, & minus bonum libere ponatur, requiritur solum ut decretum de alterutro efficiendo, & liberum, & eadem sit: imò efficacia aequa ad vtrumvis apponendum esse debet: unde ex parte voluntatis Dei aequalitas creata bona inaequalia potius, quam inaequalitas probatur. Nec huic rationi testimonia Patrum recitata infidus esse possunt, cum non in bonorum efficientia a Deo sed de iam factorum amore diuino sint alteriusque publico inuitantur.*

4. Probatur primo testimonio eius contenta: quia uti bonum est amabile affectivum, ita maius bonum est magis amabile affectivum: praesertim ab aequo rerum estimatore: atqui inter bona, quae Deus amat alia maiora, magisque, & minus bona sunt: ergo de se sunt magis, & minus amabilia affectivum ab aequo rerum estimatore: atqui, si Deus nequeat illa inaequaliter amare, vel ne-

hiora magisque bona non erunt de se magis amabilia affectu minus bonis, vel Deus æquus rerum æstimator non erit: quorum primum naturæ boni, secundum diuinæ perfectioni repugnat: ergo inæqualitas affectiua, siue ex parte subiecti, & amoris Dei erga bona, quæ amat, nec solum obiecti, non est impossibilis, sed absolute possibilis. Atque hæc ratio probat iuxta naturalem debitumque obiectis bonis affectum diuinum non posse non magis bona absolute magis amare; etsi, quia creata omnia obiecta libere absolute amat, quoad substantiam, & modum etiam amoris, iure libertatis siue absolute possit absolute magis bona, & meliora minus amare, quam minus bona amet: quod etiam testimonia Patrum recitata, & recitanda certam. 3. suadent: dum de factis absolute à Deo magis amari, ab ipso meliora quam minus bona, absque vilo alio fundamento, quam maioris bonitatis obiectiue illorum definiunt: quia ubi oppositum ex scriptura, & Patribus, qui de reuelatione, & Spiritu loqui creduntur de liberis Dei affectibus non constat, eos iuxta naturalem, qui à Deo concepti esse à scriptura (vt complacentia de creaturis à se factis) vel Patribus dicuntur, iuxta debitum cuique amoris, & affectus modum conceptos habitosque bona consequentia & Theologia deducitur: eaque ductum se ad conclusionem de facto asserendum satis expresse Clemens Alexand. verbis illis testimonij recitat, *Longe autem plusquam alia iure hominem diligit, quod est pulcherrimum, &c.*

4. Confirmatur: hoc argumentum; quia connaturalissimum cuique est magis amare, quæ sibi propria, & similia sunt, magisque de eius natura, bonitate, & perfectione participant, sunt etenim propria & propria ipsi, quo magis ipsi assimilantur, deque eius natura, bonitate, quare & ipso participant. Amabile enim omnes cum Aristotele vulgatissimo proloquio bonum fatemur, magis autem unicuique proprium. Ergo connaturalissimum Deo est magis bona obiecta, & meliora magis amare, quam minus bona. Posita autem impossibilitate inæqualitatis affectiue erga obiecta meliora, & minus bona, id quod cuique rationali personæ connaturalissimum est, Deo erit impossibile. Ergo ea impossibilitas inæqualitatis amoris diuini reiicienda est, & possibilitas asserenda. Confirmatur ulterius: quia ea impossibilitate admissa Deo dignum cuique obiecto affectiue reddere redditur impossibile: quod de se factis dissoluitur, & absurdum apparet. Huic tamen argumento, & confirmationibus dices: nihil respectu amoris Dei probare est respectu amoris, & amantis creati vrgenter probent: illud enim de maiore amabilitate maioris boni, quam minoris, & maioris similitudinis, & participationis de bonitate amantis in obiecto amato verum habet, respectu amantis, qui magis minusque amare bona affectiue potest, & amoris qui magis, & minus potest suscipere; non autem respectu amantis, qui magis, minusque affectiue, & amore qui magis & minus suscipiat amare nequit: idque ex amantis & amoris essentiali summa simplicitate perfectione, atque è genere, & essentia sua inimitate: quæ omnia in Deo, eiusque amore necessario ex fide, & euidente ratione fatemur: vnde absurdum tercie confirmationis euanesceat. Nam respectu Dei amantis, diuinique amoris, maior dignitas obiectiua obiectorum non est ob summam virtutis perfectionem sed omnino æqualis: quare æquali prorsus eorum omnium amore debito suo satisfaciunt: etsi alieno imperfectionis amantis, & amoris non satisfaciunt: nec nisi suam deponat perfectionem (quod repugnat) satisfacere queat. Dedi semel solutionem, quæ singulis argumentis subiiciendis repeti ab aduersariis paulatim posset, vt semel etiam pro omnibus, atque labore vno confutem.

6. Contra primo: quia solutio hæc Patrum recitata non ac recitandum inò & scripturæ doctrinam euacuat. Contra secundo: quia Christi humanitatem non esse magis à Deo affectiue amatam, & amabilem Deo, ratione etiam vniuersalis hypostatice, & vnctionis substantialis plenitudine, quam sit à Deo amabilis, & amata pulex aut iterum aperte probat: quia hæc omnia à Deo amant, qui nec magis, nec minus affectiue amare, atque amari, qui nec magis & minus ob rationes à te datas suscipit amatur, amaturque à Deo solummodo possunt: hoc autem

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

tem auditum etiam horridum, & blasphemum est. Patribusque & scripturæ recitandis certam, contrarium: sed audi aliquid adhuc absurdius, magisque longe blasphemum. Contra tertio inferitur: ex doctrina tue solutionis. Nec magis amare affectiue, amareve posse Patrem æternum Filium suum æternum; nec vicissim vnam Trinitatis personam, vel aliam, vel seipsam, ac proinde Deum seipsam, quam muscam, aut sterces posse: quod clarius adhuc scripturæ, Patribusque, ac subinde Theologis omnibus aduersatur. Nec satisfacies, si dicas: diuinam bonitatem esse obiectum specificatum adæquatum, & primum diuini amoris, ac proinde quod propter illam amatur, vt Christi humanitas & strictus personæ Trinitatis personas alias vicissim seque ipsas ac subinde seipsam Deum, magis proculdubio amare affectiue: sicut finis, quia principale specificatum est magis, quam media amari æque etiam intenso actu dicitur. Contra vero: quia questio præsens, & impugnationes datæ de amaris, vt quod procedunt: in quo non attenditur specificatum, de quo nulla habetur ratio, neque potest haberi; nam specificatum seu ratio formalis amandi, cum aliquid ob illam amatur, non magis, sed æque amatur, & indistinctum, nec, quia specificatum, est ipsa amata, seu præamata vt quod, amandi vt quod subiectum, cui inest: sicut finis amatus, seu præamatus vt quod, est ratio & motuum amandi & eligendi media: quare & magis vt quod potest amari. Secundo cum Dei bonitas, non vtunque sed identice coniuncta in Deo à se amato sit adæquatum specificatum, ex quo totus Dei infinitus amor propriori naturæ ad vnionem hypostatice cum humanitate, cui vnione non identitate iungitur, solutione ad secundum absurdum admissa, primum absurdum non vitatur. Contra denum: quia, cum æqualitate, immò omnimoda physica identitate amoris diuini, stat nihilominus affectiua inæqualitas amoris vt maior respectu vnius, quam alterius obiecti esse absolute possit Dei amor: ergo nulla solutio. Antecedens ex tua solutione constat, & probabo inferius præcipuum inò vnicum argumentum contra nostram conclusionem vt supra dixi, atque ea solutione contentum difficiens.

7. Rationes hæcenus datæ, ac testimoniis Patrum imbibitæ ex diuersis titulis naturalibus, seu natiuis maioris, vel minoris bonitatis obiectorum, quæ Deus amat, procedunt: quæ vero ad conclusionem vniuersalem de quouis Dei amore, probandam succedent, etiam circa bona omnia, quæ, quouis modo, libere tamen, Deus amat, vt creata omnia, tametsi bonitate omnino æqualia, immò & circa idem ipsum obiectum possibilitatem inæqualitatis affectiue amoris diuini probabunt: quia ex parte Dei, eiusque in amando, etiam quoad modum, libertate sumuntur. Prima inde petita ratio sit. Amor efficax affectiue maior est, quam inefficax circa obiectum, siue idem, siue omnino æquale, quam amor inefficax: atqui erga omnino æqualia obiecta, inò & circa idem ipsum, potest in Deo esse, tam amor efficax, quam inefficax: ergo potest in Deo esse amor, vel maior, vel minor, ac proinde affectiua, nec solum effectiua inæqualitas. Maior probatur, in constitutum libertatem volitionis libertate Dei omnino intrinsece, in qua disputamus, esseque questio potest, vt animaduerti certam. 1. efficacia intrinseca decreti respectu obiecti in nullo alio stare potest, quam in maiori vehementia adhesionis affectiue Dei voluntatisque diuinæ ad absolutam existentiam obiecti efficaciter voliti, quam sit erga aliud obiectum, vel æquale, vel illud ipsum, quod Deus inefficaciter solum velit. Secunda ratio sumitur ex donis, ac beneficiis inæqualibus, quæ suis conferre potest ac de facto confert creaturis, quibusdam maiora, maiora, minora vero aliis vt videmus: id enim & maiorem affectum erga vnum, quam erga alium, & supponunt, & regulariter probant, ex consensu Philosophorum Patrum, & Theologorum vt scite dictum, ac proloquij loco receptum sit illud magni Gregorij: *probatio dilectionis exhibitio est operis: quod Hispanum nostrum adagium sic declarat: obras son amores, que no buenas razones: quæ his approbat Ioann. epistola prima, capite tertio. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo quomodo charitas Dei manet in eo: filio mei non diligamus verbo.*

R. 2. neque

neque lingua, sed opere, & veritate. Confirmatur: ex communi Theologorum: qui idcirco Deum magis vnum, quam alium absque maioris boni productione, & donatione magis amare posse negant; etsi in ea conclusione absolute deceptos de extrinseco maiori dono loquendo multis probat Ruiz tota sect. 2. Probareque facilius absolute posset in affectu complacentiae diuino: cuius magnitudo, etsi connaturaliter ad magnitudinem boni extrinsece mensuretur; cum tamen affectus ille à voluntate diuina libere concipiatur, liberè etiam in tali mensura affectiua de aequali, immò eodem bono creato concipi poterit: verum de amore qua actiua est connaturaliter loquendo recte illi theologizantur.

8. Tertia ratio sumitur ex libertate Dei ad ordinandam affectu suo creaturam vnam in aliam, tanquam finem, siue iuxta ordinem naturæ, & intrinsecæ dignitatis maioris vnius præ alia, quæ ad ipsam ordinatur, vt visibilia omnia ad vitam, & conseruationem hominis ordinata, & condita à Deo sunt, siue ob finem præ sua libertate à Deo præstituta, vt in Incarnatione Christi, eiusque vita, passio, morte, & Angelorum ministerio ad hominem, ac demum beatam hominum vitam euicisse videmus: finem enim ratione cuius reliqua amantur, & sunt magis, quam media, etiam vt quædā amari constat ex illo proloquio alio, non tamen absumi, ab Aristotele proloquo, & ad rem hanc à cunctis Philosophis, & Theologis recepto: propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Hoc argumento vtuntur aliqui inter quos Ruiz noster, siue tamen assertioni de fine omniū moris sui constituendo Deo, si de obiectis bonis creatis loquamur (in quibus solis quæstio de inæqualitate amoris liberi Dei esse potest & argumentum procedit) repugnant: nullam enim creaturam propter aliam vt finem proprie loquendo diligere Deus in ea sententia potest: atamen re ipsa illos finem pro specificatio usurpasse, & vtrumque confudisse superius ostendimus non semel: quia ratio sumitur ex maiore cura, & (vt sic loquar) anxietate bonorum amari, ac de eis ipsi providendis studio maiore, quæ plane, nisi ex maiore indulgentioreque in ipsum affectu, minime eueniunt: possunt autem ea in Deo respectu vnius quam alterius esse maiora, vt de se patet, factoque ipso comprobatur ex 1. Corint. 9. Numquid de vobis cura est Deo? Nempe, si ad curam quam de vobis agit ab ipso Apostolo scire & à Christo Domino scipius ac 1. Petri 5. ipsi est cura de vobis assertam comparetur. Quæ inter homines ipsos maiori curæ Deo esse prædestinatos quam præscitos constat ex Sapientia 4. Gratia Dei, & misericordia in Sanctis eius, & respectus in electis eius: & 2. ad Timot. 2. Omnia propter electos: de quo argumento videndus Bernardus serm. 68. in Cantica ad id Dilectus meus mihi, & ego illi. His tamen refragari sonat illud Sapient. 6. æqualiter est illi cura de omnibus: explicatio Sancti Thomæ citata q. 20. art. 3. ad primum, & 1. 2. q. 51. art. 4. ad 1. & q. 112. art. 4. ad 1. & aliorum Scholasticorum de æqualitate scientiæ, & bonitatis Dei, quibus de omni cura creature obiectum non satisfacit neque est textus accommoda vel bene Ruiz sect. 3. est enim textus acceptio nem personarum diuitis, ac potens præ paupere, & inualido, vt huic illas ab illo iniurias dissimulet, nec earum penas potius luat, in Deo negans vt e textu ipso constat & ex Augustino in Psalm. 46. versu, Deus in medio eius: & in Psalm. 17. versu in circuitu eius. Ratio vero, quam textus subiungit, quoniam pusillum, & magnum ipse facit: quæ ratio vniuersalior de cura Dei omnium creatorum est eiusque providentiam de necessariis ad eorum conseruationem, & finem, ad quem facta, & ordinata à Deo sunt, probat: ac proinde recte specialis absque vlla personarum acceptione providentia in puniendis delictis hominum, vt potest ad politicam Reipublicæ humanæ conseruationem inde inferri legitime: atque item providentia erga homines omnes, quos ad rectam beatamque vitam ordinavit de necessariis, sufficientibusque mediis, vt eum finem assequi possint, & ni abutulis liberi arbitrii eorum impediatur, assequantur: ea tamen curæ Dei erga omnes, & omnia æqualitas non tollit, quod specialius de commodis aliquorum præ aliis curet, & provideat ex affectu, & amore maiore.

9. Hæc de possibilitate inæqualitatis amoris respectu vnius quam alterius æque probatur: & in terminis erga iustos, & prædestinatos, quam erga impios, & præcitos. Ratio quarta id suadet, atque ex maioribus donis ipsi collatis ratio secunda, quibus specialem adde rationem etenim maiorem inter Deum, & hominem vnum, quam inter ipsum, & inter alium hominem sit, amicitiam esse, compertum est: cum autem amicitia mutuum amorem essentialiter dicat, ni mutuos maior amor sit nequit amicitia esse maior, nequit autem esse maior mutuos amor maiore affectiua amoris ex parte alterius amantis repugnet affectiua maiore: ergo neque ex parte Dei affectiua amoris inæqualitas repugnat. Maior de se, & communi humanum iudicio est constans. Sanctiores enim, iustioresque magis, seu maiores Dei amicos habemus, ac dicimus, quam reliquos Sanctos, & iustos sanctiores tamen minores: constat vltius ex dicendis in questione de facto certum. Secunda ratio specialis pro maiori Dei amore amicitia affectiua respectu vnius quam alterius iusti fit: quia non implicat creaturam rationalem Deum amplius, & amplius quam ipsa, vel altera amet, amauit, Deum ex amicitia, & charitate amare: ergo nec repugnat Deum amplius, & amplius ex amicitia, affectiueque creaturam rationalem amare. Antecedens dogma Theologicum fidei proximum est. Probatur consequentia. Nam aliqui in amore amicitia affectiua Deum, sepe, & necessitate à creatura vincuntur: cum additioni amoris, & affectus amici, nihil possit vltioris affectus rependere: & tamen Sapienter Cicero dicat, vel semel, vnum in amore turpissimum est. Sed, ne recedas ad infinitatem physicam priori remississime amantis hominis amoris impendium; vide totum illum truncum, & ruptum, & vernaculo etiam à Deo impendium: et quid ergo tam magnificendum vt faciendum ex fide, si nihil præstet, quam lapidibus, ac vermiculis, & vilioribus aliis creaturis exhibeat: vide item, quam dignam Deo, nobilem, perfectissimam amicitiam, & charitatis rationem affectiua cum rationali creatura concedas: vt summatim ex parte affectus, & amoris sui formaliter inchoet: ceterum de reliquo solo affectu creaturæ formaliter creatum. Deulque, quasi inane quoddam, formaliter, & ex parte suas affectus solummodo pariat: quæ hæc vno affectum quæ non ex parte virtutis animorum, & voluntatem moribus, & affectibus creuit, & fert ad affectum immo, & amicitiam identitatem peragitur, vide, quam non Deo sed hominibus in Deo singas voluntatem, nec maioribus obiectis affectiue gratiorem, nec grandioribus nostris affectibus mobilem, immò ex libertate sua, nec vllis obiectis mortuis quoad amoris, & affectus sui speciem, & substantiam absolute immobilem: idem enim amor necessarius sui non solum, quoad affectus magnitudinem, sed quoad speciem immutatus cunctis creatis impenditur, ita vt applicatio eius liberæ voluntati relinquantur, & tamen iuxta rationem, qua inæqualitatis affectiue amoris diuini possibilitatem negas, manere potest Dei voluntati constituta ad æquarè intrinsecus ad amoris necessarii applicationem libertas.

10. Arguo inde vltimo per hoc constitutores (cum quibus disputatio est, esseque vt dixi, potest) actui necessario amoris Dei potest identice adiungi ratio libera, quin Deo eiusque amoris necessario aliquid alterius accedat; deficereque si habita à Deo, vt absolute potest, quin ei intrinsecè deficiat aliquid, eiusque actus liberi accessu, vel absentia mutetur: ergo accessu maioris actus siue quoad speciem, siue quoad alium maioritatis modum, siue eius recessu, & defectu, & accessu actus altero modo minoris nihil omnino Deo, eiusque amoris necessario peribit: ac proinde, cum eius amoris necessarii infinitate physica recte maioritas, vel minoritas amoris liberi Dei cum eius immutabilitate, & amoris necessarii infinitate, cui nihil addi potest, intrinsecus aut mutuo repugnat: ergo, & repugnat cum eis amor, liber intrinsecus, additus, & defectibilis. Porro eadem est, & alia, in vtroque difficultas: quod si Doctores hi pro constituto libertatis solutionem aliquam reuolunt, lem assequuti essent, ea ipsa eidem difficultati, etiam

in materia diuersa, satisfacerent. Respondeo ergo ex dictis pro constitutione libertatis deceptorum, & volitionum diuinarum adequata per Deo prorsus intrinseca: ad motionem pure intentionalem, qua talem opus non esse physica actione aliquid denuo physice in rebus adducere, & realiter diuersum ab eo, qui se intentionaliter mouet, eiusque motui pure intentionaliter potentia, vt patet in potentia intentionali purastam intellectualem, quam volitua diuina eiusque actibus realiter, & suis potentis, & Deo per illos se intentionaliter mouente identificatis, vt ostendi Contr. de scient. d. 2. inde etiam absque vlla intrinseca reali variatione posse Deum amorem liberum, vel plures in omnes, sibi adæquate intrinsecos concipere, vel omittere, quia aliquid reale ipsi, eiusque voluntati, aut amoris eorum accessu adderetur, aut defectu periret: ostendi contra. hac 4. de constitutione actuum liberorum Dei disputans: quia motio illa libera, cum intentionalis pura sit, nihil diuersum realiter ab eis esse debet, vel afferre: vnde ad præfens eadem ratione respondendo: liberam affectionem Dei erga creatura motionem pure intentionalem esse: quare amor Dei, nil reale addere, vel minuire inæqualitate sua, siue maioritatis, siue minoritatis affectui, nec infinitati physice simpliciter, & è genere suo amoris diuini derogare; quin in eius indiuisibili concepta includi: quia, qua diuinus amor est, omni amor, quoad substantiam, & modum libertatis magnitudinis, quem habet à Deo primum ab æterno concipitur; & in alia rerum peristat cum libertate, & modo, quos tunc intentionaliter haberet, absque vlla physica sui mutatione conciperetur: quæ, vt melius penetrantur, dicendorum ibi repetenda lectio, vel refutanda memoria est.

CERTAMEN III.

Amoris amicitie Dei inæqualitas, que de facto est, statuitur.

I. Inæqualitatis examinanda de facto amoris Dei erga creatura, exhibenda eorum dementia est, qui apud suum confutorem Origenum in Philocalia, seu amore pulchri. cap. 20. aiebant, bruta, quam homines Deo esse chariora: quia minore viuunt labore, mundumque subinde propter bruta, non propter hominem factum esse. Hi, vt reor ex illorum versutiorum secta erant, qui felicitatem hominis in indolentia constituebant: erroris huius inter viginti duos Philosophorum circa nostram beatitudinem meminere Augustinus de ciuitate Dei, & Ecclesiastes, qui in eis ex iustitio confutandis totus ad literam est, ostensurus in nulla mundi huius te nostram esse beatitudinem: indolentia errorum beatissimum, ex quo in præsentem belluini illi homines decurrunt obiter, quasi per contemptum, confutat, cap. 9. verbis illis: *melior est canis viuus leone mortuo*, & cap. 10. *Mulæ morientes perdunt suauitatem unguentis*, & tamen nihil indolentius mortuis est, qui nec cogitatione malorum, neque eorum perpessione possunt variari: cum certum sit nihil viuentibus dolentius mortis posse in hoc mundo contingere; nec quod ita radicitus omnem ipsi incunditatem, ac oblectamentum deradat siue scientia, vt 9. cap. ait: siue sensibilem vt veritas capitis decimi: qui ergo beatitas nostra esse potest in indolentia, que non nisi per summam mortis infelicitatem potest perfectissime adquiri; nam viuentibus omnimoda indolentia, siue ex rerum studio, siue ex possessione, &c. contingere nequit: & quidem rupes, & insinuat omnia hominibus, & brutis beatiora Deo esse essent longe, vt isti delirabant chariora: siquidem laboris non solum minus habent, sed nihil: imò naturæ, & essentia eorum aliquid, vel doloris, vel laboris habere repugnat: quare, & essentia sua summam felicitatem haberent, & apud Deum gratiam, præ creatis ceteris, summam. Postrema erroris huius pars expressis scripturæ locis datis certam. 2. num. 8. aliisque pluribus

aduersatur, & naturali rationi, iuxta connaturalem rerum prouidentiam, qua deteriora propter perfectiora amari, eorumque vltibus destinari natura sua debent: id quod, & ratio naturalis dicit, & Aristot. docet frequentissimè: ait quippe 2. Physicorum, cap. 24. *Non enim quodvis vltimus finis est, sed id, quod est optimum: inferiuscule: utitur, quia omnia sunt gratia nostra: sumus enim nos quodammodo finis*: Rursus quod propter se eligendum eligibilis est eo eligendo, quod est propter aliud: & finis ita, qua sunt ad finem eligibilibus videtur esse, ait. 3. Topicorum. c. 1. loco 4. & 12.

2. Ex his patet hominem, & quamuis rationalem creaturam irrationalibus de facto esse Deo chariorem, magisque ab ipso amari: inter rationales vero creaturas; constat secundo, Prædestinatum, vt sic, amplius amari, quam reprobum ex locis datis etiam certam. 2. numer. 8. & iustum vt sic magis quam peccatorem. Dixi autem vt sic: cum enim contingat sæpè & prædestinatum aliquando peccatorem esse, & esse aliquando iustum, etiam præcitur: nec dubium sit quin comparato quouis iusto pro tempore, quo iustus est, cum peccatore quouis pro tempore, quo iniustus est atque in peccato existit (verbi gratia Saule præcitur aucte inobedientiam, & Dauidæ prædestinato, tamen homicida, & adulter existente) charior Deo sit præcitur pro suo iustitia tempore quam pro tempore sue iniustitie prædestinatus: siquidem, pro tunc præcitur Dei amicus absolute, Deique absolute inimicus, pro suo illo tunc Dei prædestinatus existit, dubium esse adhuc, & solummodo esse potest: an amor, quo indubitanter pro aliqua duratione huius vite sue exigua, & ad vitam extremam tantum siue diuturniore prædestinatum amat amore quo præcitur, etiam toto ante extremam vitam sue tempore iustum, amat in se & denominatione vera maioris absolute amoris debeat præualere?

3. Sit tertia conclusio. Deus absolute & simpliciter loquendo magis amat quemuis prædestinatum etiam aliquouis maiori vel minori tempore peccatorem, quamlibet præcitur quouis etiam tempore iustum ita Magister in 3. d. 32. siue S. Bonauentur. dub. 3. lit. Durandus quæst. vn. a. 3. siue Richard. a. 2. quæstion. 2. Carthusi quæstion. vn. col. 3. S. Thom. quæstion. vn. a. 3. & 1. p. quæstion. 20. a. 4. vbi Caiet. Molin. Valent. Valquez & reliqui interpretes, estque vel tacite vel expresse communis Theologorum Conclusio, quauis methodo scribentium, & nostri Ruiz d. citata sect. 13. Probatur Conclusio: quia amor, ex quo donum, & bonum absolute alicui, quam alius donatur maius, maior absolute est; atqui dona gratiæ, & gloriæ, quæ cuius prædestinato aliquandiu peccatori donantur maius bonum, & donum Dei absolute sunt, quam bonum quoduis, etiam intensissimorum donorum, gratiæ pro sepe toto vite tempore donatum iusto præcitur: ergo amor, ex quo illud prædestinato peccatori donatur, maior absolute amor est illo, ex quo donatur iusto præcitur. Maior constat ex certam. 1. Minor probatur, quia boni, & doni, sicut & mali, magnitudo, non tantum ex intentione crescit, quantum ex perpetuitate, vt in bonis visibilibus, & ad breue tempus quantumvis magnis, datis mundanis, vel potius commodatis, & mediocribus perpetuo donatis patet: clariorque, atque ad rem, est à contrario, oportunius in malorum estimatione, præferim æternæ durantiæ in inferno, etiam remississimorum penarum: atqui dona gratiæ supernaturalia, quantumvis remissa, atque extremo vite tempore à Deo donata in perpetuum seruanda, nusquamque deinceps amittenda, ac insuper suprema beatitudo longe reliquis donis supernaturalibus maius, in æternum etiam donatur; præcitur autem cuius dona gratiæ, quantumvis multa, & magna de se amissibilia breuique (nempe vite sue curriculo, quantumvis que longæ, breuissimæ) amittenda donantur: ergo bonum, quod datur prædestinato cuius peccatori, longè maius est eo, quod à Deo donatur cuius iusto reprobo, eodemque discursu patet, amorem hunc maiorem erga prædestinatum peccatorem amorem amicitie esse, quia nunquam deinceps per æternitatem interrumpenda, quæ maxima amicitie prerogatiua, & excellentia in communi estimatione est.

4. Quarto in questione de facto examinandum Theologicè venit: an penitens iustus plusquam iustus innocens, amicitia vtrique amore, diligatur? qua de re accuratè, & eruditè Ruiz d. citata sect. 11. & 12, in cuius examine statuendum; neutrum eorum ad maiorem gratiam finalem, & gloriam prædestinatum esse: ex dictis enim proxime constat eum, qui ad maiorem gratiam finalem, & gloriam prædestinatus sit, siue iustum, siue innocentem, à Deo magis amari. Secundo nec questio esse potest, quin iustitia, & sanctitas maior, in quocunque sit; magis Deo amicum, gratum, & amatum reddat. Nec dubitari etiam potest, quin in æque iustis iustitiæ innocentie quam penitentie sit de se gravior, & magis charum Deo innocentem, quam penitentem constituat: neque enim quod peccatum præcesserit, & inimicus Deo quis fuerit (quod solum iustitia penitentie per se loquendo habet) potest illam, illumque reddere Deo chariorem eo qui perseverantia in gratia Dei, & continuatæ antiquitatis in amicitia habet prærogativam, qua innocentie Dei per naturam magis per gratiam, quam penitentis assimilatur: inde virginis laus, maior quam perditæ intra castitatis virtus, quæ tamen si diu perseveret, inquit Baeharius, longa castitas amulatrix est virginis: aliunde etiam sapienter Seneca 6. de beneficiis, cap. 25. *Non vulnere malo, quam sanes nunquam cicatrix, nisi collata vulnere, placuit, quod ita coisse gaudemus, ut non fuisse mallems*: & Cicero. *Maximi vero consilij est providere, ne quid tale accidat*. & Eccles. 18. *Illud præbetur: ante languorem præpara medicinam*: de quo argumento videndus Augustinus in Psalm. 85. ad id *eruij animam meam*, & in Psalm. 143. ad id *Redemisti David*. Basil. homil. in id *Attende tibi*. Cassian. 11. de institut. renunciant. cap. 16. aliqui peccandum nobis aliquando esset, ut Deo esseamus chariores. Hoc suppositum commune Theologis potius, quam disputatum est. Theologis, inquam, vtrivque scholæ, & Scoticæ, & Thomisticæ, idque solum illos referens Ruiz sect. 11. num. 4. intendit conclus. 1. idque nec amplius probat ex Job 1. laudati à Deo, ut *recedens à malo*, & adhuc retinens innocentiam, & illud de Tobia: *cum irent omnes ad vitulos aureos*, & c. & Esther. 4. suam Deo innocentiam inter peccandi occasiones proponens, ut ab eo exaudiretur & illud de eo, qui mandatis ad vitam necessariis à Domino auditis Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. respondit. *Hæc omnia servavi à iuventute mea*: Marcus adiungit. *Iesus autem intuitus eum, dilexit eum*, & Domini erga Ioannem specialis amor ob vitæ innocentiam flagitarem. Nec amplius item probant testimonia Augustini 3. de liber. arbitrio cap. 5. circa med. & 2. Confess. cap. 7. sub init. Magni Gregor. in Euang. homil. 34. col. 2.

5. Tota ergo Theologiæ disputationis (indubitatis hisce tribus præmissis) difficultas est, an in penitentie iustitia, æquali cum innocentie iustitia, aliud necessario, vel physice, vel saltem moraliter intercedat, ratione cuius innocentie prærogativa superetur, siue ex parte obiecti, siue ex parte subiecti (Dei scilicet amantis, & de vtraque iustitia complacentis) ut merito magis amari à Deo penitentie, quam innocentie iustitia æqua entitatie, & ex adiunctis etiam penitentis actibus rigida nec laxiori solum oratoria, & concionatoria Theologia dici absolute possit? quo exclusi rationem maioris amoris & gaudij diuini de iustitia penitentis, cum ob maiorem dilectionem eius erga Deum sibi peccata remittentem, quam sit innocentis, cui nihil graue, ac minus remittitur: tunc enim æqua in vtroque entitatie iustitia, quæ charitati commensuratur, non erit ut ex eo Luc. 7. constat: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit: exclusi item maiorem humilitatem, cautionem, quibus plerumque penitens, suam fragilitatem expertus, à lapsu resurgere, debetque resurgere, quam eam inexpertus innocens habeat, ut recognoscunt Chrysost. 1. de proud. col. antepen. ut idcirco Dei permissionem & hominis lapsum peccatori vtiliorem asserant August. 14. de Ciuit. cap. 13. & in Psalm. 93. ad id *dones fidiatur peccatori fons* adducta comparatione Pharisæi, & Publicani in ferm. 49. de temp. post med. S. Maxim. 2.

de fide cap. 29. ante med. Irenæ. 4. aduers. hæres. c. 17. S. Maxim. cent. 23. c. 9. 10. 16. & præsertim 23. Max. Gregor. Homil. 34. in Euang. colam. 2. ea vero humilitas & cautio, virtutes cum sint, ac proinde à Deo amabiles, quo maiores fuerint in penitente, quam in innocente æque entitatie gratiæ, & iustitiæ adiunctæ illam, & gratiorem, & amabiliorem Deo, magisque charum & amatum reddent, ac si gratia & iustitia maior illi adesset, & reuera adesset, etiam in humiliori penitente, & cautiore, ut constat ex parabola, seu comparatione Pharisæi, & Publicani hic 18. de quorum postremo dicitur. *Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: de qua vbi diximus agens Augustinus concludit. Magis placuit Deo humilitas in malo factis (id est de malis factis) quam superbia in bonis factis*.

6. Hæc omnia ab accurata dispositione & rigido, ac subtili examine Theologico exclusi, quia ut ex dictis suppositione secunda numero 4. constat, questionem inter Theologos sapientes locus, hæc secludantur, esse non potest: tum etiam, quia tota hæc questio instituitur ad rigidum verum sensum illius propositionis absolute à Deo prolata, & ex præmissis parabolis duobus dragmarum, & centum oium absolute illarum apud Matth. cap. 18. & Luc. cap. 15. gaudium maius esse Deo, & celo de perditio, recuperato tamen, & per penitentiam iusto, quam de iusto, imò & iusti pluribus multo innocentibus: vbi nulla de maiore iustitia, aut virtutibus, sed de sola recuperatione penitentis ratio habetur: cum in conclusione, tum in dragma, ut quis perditæ inuentione, antecedente, ex quo conclusio deducitur. Text. Matth. sic habet numero 12. *Si fuerint alicui centum oues; & errauerit una ex eis: non relinquit nonaginta nouem in montibus; & vadit quære eam, quæ errauit: et si contigerit, ut inueniat eam, amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quam supra nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic non est voluntas patris vestri, qui in celo est, ut periat unus de pusillis istis: vbi voluntatem positam negat de opposito voluntate explicuit, & probauit vnum, expendam: quia ex adiuncto eius capitis contextu promissio satis ita explicabatur. Lucæ vero cap. 15. gaudium maius positum bis explicuit, ouium enim parabola promissa concludit num. 7. *Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentem agente, quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia*. Atque iterum aliam similitudinem dragmarum continuo sic adiungens: *quæ mulier habens dragmam decem, si perdidit dragmam vnam non accendit lucernam, & querit diligenter, donec inueniat: & cum inuenit, conuocat amicos & vicinos dicens: congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram*: quod ab eis de æternis nouem, non expolitur concludit: numero 10. *ita dico vobis gaudium erit in celo Angelis Dei super uno peccatore penitentem agente*. Eo etiam tendit subiuncta immediatè parabola de filio prodigo, & perditio alteroque eiusdem Patris innocens, & frugi, cum enim hic concilius esset de coniuncto opulento, & symphonia ad fratris prodigi aduentum ipso inspectato, penecque à Patre, vel neglecto vel obliuioni tradito ita apud illum conquereretur: *ecce tu ante seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præteristi, & nunquam dedisti mihi haudum, ut cum amicis meis esularem; sed, postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vinum saginatum, cui Pater: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt; epulari autem & gaudere oportet etiam (abscessit à charitate fraterna liuor) quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est*.*

7. Dicendum non per accidens solum, sed per se loquendo in æque iusto penitente circumstantias esse, ob quas de facto magis absolute ametur innocente iusto, imò, & sic amari complacentia gaudij conaturalissimum Deo sit. Hoc manifeste probatur argumento ex parabolis assumpto, & similitudinibus rerum, non ratio sed vniuersaliter, & morali necessitate contingentium inque, & drachma perditis, quæ sui recuperatione magis gaudium dominis faciunt, quam semper conseruata.

etiam plures, illud enim: si fuerint aliquid centum oneris, indebitum dictum; sicuti autem quæ mulier habens dragmas decem, de omnibus dicitur: tantumdemque valet atque cuiusque fuerint centum cures, aut quacunque mulier habuerit dragmas decem, &c. id autem, quod à Deo vult, veritas in casibus, cuiusque generis, euenit omnibus, conaturalissimum est: & fere necessarium moraliter est euenire: atqui Deus ita sibi, quoad gaudium de recuperato peccatore ad iustitiam dicit euenire, atque euenturum semper: & amplius gaudere, & conaturalissime gaudium esse quam de æque iusto, imò pluribus innocentibus proficitur: eis verum exemplis & semel possetur naturalis amor, & perditorum dolor: quare, & recuperandi ardens dominorum supponitur desiderium, ut grandis de inuenta, recuperataque, vel oue, vel agnata, quam de aduersariis pluribus gaudium concipiant; quod nusquam suorum neglectores, & perditorum in dolentes conciperent: inde etiam similes in Deo affectus indulgentiores quidem, magisque grati erga homines supponuntur: ut teneat ex illis ad Deum illatione. Nimirum ardens de salute hominum omnium desiderium, ac de perditis dolor à nobis fuit (semotis imperfectioribus) statui quæstionem. 3. à certum. 2. per totam: à voluntario quidem eius, quatenus ex ipso est, erga illos affectu oriundi: idem argumento ex domini omnium similitudine ducto, ubi verbis ipsis gaudium positionem maius Dei de peccatore recuperato, iamque per penitentiam iusto ad bonum acceptis non videtur apud Mattheum à Christo Domino inferri, validius inferatur: siquidem in ea illatione, etsi per propositionem negatiam: non gaudium solum illud, sed & affectus Dei erga homines omnes, vnde moralis necessitate, & certitudine inferatur, explicatur: sic, inquit, non est voluntas aut patrem vestrum qui in celis est, ut pereat unus de peccatis istis, & postrema parabola de Filii prodigo, & fugi aquid Lucam, eandem rationem, clarius alius, gaudij illius de Filij perditio recuperatione amplius indignabundo alteri filio dedit: fili tu semper mecum es: &c. epulari autem, & gaudere oportebat: quia frater hic tuus, utique & filius idem meus, mortuus fuerat, & nunc reuerterat, & inuentus est: quibus Paternum Dei affectum, erga omnes, & singulos homines, talem, tantumque esse subtilis sollicitudinis Chrylogos, rimatus penitus, inuenit: ut vni totum in solidum, quod singulis, & omnibus impendi recognouerit semel. 168. med. ubi cit centum oues, nec plures fuerint, nec pauciores percontatus ex prisco numerandi à manu vna ad alteram more, quo centenarius numerus in dextram cadebat, ad quam predestinati, nonus vero supra nonagenarium cadebat in sinistram, ad quam reprobi spectant, responderet. An illo cuius totum dissipauerat centenarium numerum (nempè Pastoris Dei, & dolore, & affectu) & totum de dextera redegerat ad sinistram, ut dispendio vnus, & sinistram clauderet omnes, & dextera nihil haberet. Non negamus & nonus numerus in sinistram laes clausus: confusus, & tenetur oppressus; qui tamen vnus percipitur, & sentit augmentum, max dextera transit ad palmam, mox centenarii numeri transit ad coronam, est non habuisse centenarium numerum doloris est, cuius doloris est perdidisse: videris, quia per vnus ovis amissionem patris iste totum gregem cecidisse de dextera, & totum in sinistram doluerat recidisse: (utique, quia singularum ovium, toto in solidum, atque omnium saluti inhiabat desiderio) & ideo relicto nonaginta novem vnâ sequitur vnâ quærit, ut inueniret in vna omnes, redintegraret omnes in vna. Nihil in tanta subtilitate ad rem hanc solutus.

8. Inde facile ostenditur, magis Deo gratum esse, ac delectabile, æque iustum penitentem, quam innocentem, quia, etsi peccati antecedentia nihil formaliter, seu quasi à forma, melius formaliter, tamen conditionaliter, vel tanquam ex circumstantia, & conditione per se gratius aliquid Deo apponitur. Non solum ex generali rationalium conditione, quibus ut Aristot. ait. 1. Rheticor. cap. 11. post med. Bene mereri iucundum est. Idcirco suauiter quoque propinquus, & manca supplere suauis hominibus est: maiorisque suauitatis materia reparata à se domum, dicitur prius, habere, quam semper suam possidere: in eo quippe industria possiden-

tis magis elucet, ut magis complacere: sicuti & medico ægrum sanare, quam sanum leuare maioris artis, & potestatis, & scientiæ est: indeque laudabilior, magisque de ægro sanato, quam de sano seruato laudatur: eoque magis, quo ægritudo maior fuit; ea de causa beatius penitentibus criminum suorum memoriam perpetuo adiuturam, ut Dei in ipsos misericordiam in æternum iuxta Psalm. 88. & ipsi, & Beati reliqui cantent, nec decantent vquam, iniquitatem, quasi vno ore, Greg. Mag. 4. moral. cap. vlt. sub finem, & Augustin. 22. de ciuit. cap. 26. post med. quo cantico in gloriam gratia Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto illi inuentus cineris: Hoc, inquam, de Deo elui, suæque gloriæ, ac de Beatis è Dei, laudique ipsius complacentia probant; sed de Dei erga penitentem iustum amore, & complacentia (quo solum parabolarum Christi argumentum, & conclusio spectant) quia ex lapsu, etsi non, ut à forma, sed, ut à conditione per se requisita, iustitia, & gratia eadem, imò, & minor etiam, redditur (nescio, qua ratione, nisi ex inopino, ac proinde ex admirabili contra præconceptum timorem successu, etsi continuo similitudine experimento omnibus noto) multo iucundior: ut testatur est Aristot. sub recitata proxime verba: euadere quoque periculum, tanto iucundius, quanto propius periculo: admirabilia enim hæc sunt: quibus etiam consonat S. Thom. 1. 2. quæstion. 33. art. 4. & 8. in hoc argumentum æque elegans, ac fufus Augustinus ex parabolis hisce 8. confell. toto cap. 3. discutit: ex quo hæc. Quanto maius periculum fuit in prælio, tanto maius gaudium fuit in triumpho, iactat tempestas nauigantes, minaturque naufragium; omnes futura morte pallefcunt; tranquillatur calum, & mare, & exultant omnes, quoniam timerunt nimis. Eger est charus, & vena eius malum renunciat: omnes qui enim saluum cupiunt, agrotant simul animo: si ei resces & non dum ambulat pristinis viribus, & iam fit tale gaudium, quale non fuit, cum antea saluus & fortis ambularet: & hæc quidem ob imminens mali præcedentem ex amici, vel nostri complacentia timorem: quid, si de mali eius absoluto addeat ex simili affectu dolor vehemens, (ut è simili affectu de lapsu penitentis (sublatis imperfectioribus) in Deo eius recuperationi, & resurrectioni præiuit: præcessisset & id nonnullis etiam exemplis ostendere pergit Augustinus: edendi, & videnti voluptas nulla est, nisi præcedat esuriet, & sitienti molestia, & ebrios quædam salusculenta comedunt, quo fiat molestus ardor: quem, dum exinguit potasio fit delectatio: & institutum est, ut iam postea sponsa non tradantur statim, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatare. Ex quibus concludit vbiq; maius gaudium molestia maior præcedit: qui ergo in ita salutem peccatoris desiderante Deo, eiusque exinde læthalis culpæ malum, inferno ipso maius, vehementer dolente, quod per se quidem ad eius recuperationem, & penitentiam iustitiam de eius præ innocentis gratia etiam minore excellum gaudij assequi mente valeat: nihil ergo hyperbolicum: sed rigide veritatis Theologice plenum illis Luc. 7. verbis est: ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia: idque per se iustitiæ penitentis, qua tali, euenire, etsi entitatis sumptæ per accedens eueniat: quod vobis solum à nobis discordare nostrum Ruiz plane fecit.

9. Probatur secundo valida ratione Theologica (que valide etiam discursum confirmat) ex maioriore amoris, & efficacis desiderij Dei, quod per se loquenda ad iustitiam, & gratiam penitentiam, quam innocentiam donandam in Deo præcedit: quod enim maius desiderium sui habuit, & fecit, maius longe gaudium facit possessum, ut Augustini exempla, & conclusio euincunt. Aut maius fortiusque, & ardentius desiderium de æqua, imò, & minori iustitia, & gratia penitentis ostenditur: quia desiderium, quo plures difficultates, & motiua ab ipso retardantia desiderantem, vincuntur, proterunturque, fortius, maius, longeq; ardentius est eo, quo nihil, vel parum difficultatis obiectiue ab eo retrahentis superatur: id quidem amantium quotidiano experimento compertum, sacro etiam consummatum elo-

quid

Quo Genes. 29. ubi de septennio seruitutis pro nuptiis Rachel socero suo: *videbuntur illi pauci dies pro amoris magnitudine*. Atqui amor Dei, & desiderium iustificandi impium (quous gratia, & sanctitatis, seu amicitiae gradu) proterit Deus summum ex parte sui iustificantis obsequium eius ad sanctitatem iustitiam, gratiamque sui renocandi, & quo maxime ab eo prestando volendoque obiective retrahebatur; nihil autem, vel fere nihil in amando innocente iusto esse potest, quod eius amor superet: ergo amor, & desiderium, ex quo iustificat, utique impium per se, ac de se maius, fortius ardentiusque est eo, quo, & ex quo iustum innocentem amat, & servat. Minor subsumpta certa est: quia ex parte penitentis peccatoris iustificandi praecedat mortale peccatum odii Dei potentissimum voluntati eius motuum, & quo, vel maxime, Deus à peccatoris amore per scripturam Patres, & Theologos auertitur: atque in eius odium impellitur adeo, ut quamvis egregius iustus, ingentibusque obsequiis meriti condigne alteri iusto gratiam apud doctos recentiores valeat; at, ut odium peccati deponat, remittatque illud peccatori Deus, quantumvis gratia ornatus, & ingentibus obsequiis in Deum excellens nequeat, in horum etiam, fere omnium sententia, ita promereri: quid plura? totum argumentum Pauli est ad Romanos 5. *commendat*, inquit, *autem charitatem suam Deus in nobis: quia, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est*. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum: si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius, pende, in nobis: in quibus summum ad reconciliationem obsequium erat, Deum suae charitatis ostensionem fecisse: summam vim meritorum Christi fuisse monstratam in eo, quod Deum, eo non obstante motuum, ad peccatoris reconciliationem, & penitentiae iustitiam impetrandam deflexerit: unde eorundem virtute iustificationis donandam argumento à maiori ad minus cum ex parte amoris Dei, cum ex parte virtutis meritorum Christi, legitime intulit.

10. Inde vero & Ecclesia sic orat. *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas*: quia nimirum amor & misericordia te in te etiam tuosque affectus (quae maxime rationalis potestas est) iustitiae à Deo peccati ad vindictam iramque impulsae, quos cohibent, atque in beneficentiam convertunt, potentem ostendunt. Rationem vero, quam supra explicuimus de amore Dei erga peccatores, creaturas nempe suas: quibus parci, addit simul Sapient. 12. *ob hoc, quod omnium dominus es, omnibus te parcere facis*. Recte igitur S. Th. 2.2. quæst. 106. art. 2. absolute docuit penitentem iustum maiorem gratiarum actionem Deo debere, quam innocentem: etsi enim fuisse subtilitatibus quas tardiores, vel non assequimur, vel non probamus; id Caietanus defendat; improbet autem absolute Ruiz proximè sect. 12. sine: quia putat iustitiam innocentiae maius absolute donum esse, atque à maiore Dei amore, quam penitentiae iustitiam procedere (in quo aperte decipitur) quia doni secundum se magnitudinem solummodo considerat & recipientis commodum, quod maius certe ex maiori siue entitativè siue quoad durationem dono quod recipit, non autem amoris ex parte Dei (qui beneficii), ut Seneca, & Cicero aiunt anima est magnitudinem maiorem, necessariam de se, ut insensis inimicis peccatoribus beneficiat vii argumento hoc secundo ponderamus. Inde vero haudquaquam inferitur iustum penitentem amplius innocente debere gloriam, adhuc de donis Dei, cum hæc in innocente, vel sola duratione, & perseverantia, seu permanentia sint maiora, & damni culpe quam ab innocente Deus auertit, ac proinde, quod ex parte iusti penitentis est minus sanè gloriosum est: imò & turpissimum est, quod peccatum præcesserit, de quo etiam ut gratia receptæ coniuncto nulla illi accrescit gloria, sed ignominia. Recte igitur Augustinus tract. 10. in Ioann. sub fin. aiebat: *quale est idcirco se velle laudari, aut a viris suis tam detestabiliter agrotant, ut non possint aliter, quam medici morte sanari. Non est hoc nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum*: qui consonat S. Thom. 1.2. quæst. 20. art. 4. fin. solut.

ad 2. & confirmat exemplo Patris familias, qui pretiosius quid egrotanti seruo, quam sano filio, quem plus absolute diligit, donat: quæ consideratis ex parte obiecti motibus amoris certissima sunt; at vero considerata amoris ex parte Dei magnitudine, qua tantum præpediculum ex parte penitentis lethali peccato appositum proteritur: ob quam dubio procul maior Deo debetur gratitudo, quæ non tam ob doni recepti magnitudinem quam ob amoris quo donatur præcipue habetur; quod in gloriatione de receptis, & possessis secus habet.

CERTAMEN IV.

Aliud documentum de facto ad Theologiam spectans de maiori parte amoris Dei erga homines, vel Angelos deceditur.

1. **E**X reliquis Theologicis difficultatibus ad quaestio- nem de facto spectantibus prima est. An Deus plus Angelis homines adamavit? qua in difficultate, & Christus homo, est non pure, & eius sanctissima parens MARIA, à collectione tota hominum extrahendi sunt: cum de primo ob infinitam Deitatis sanctificationem, de MARIA, & propter maternitatis excellentiam, & propter gratiam collectione gratiae cunctis Angelis, & hominibus, longe maiorem; tota collectione Angelorum & hominum amabiliorem, & amatum Deo illam fuisse, & Patribus, & Theologis statum etiam est: ex quo præsertim rimandis, erudiendi Mariæ excellentiam æqua subtilitate, & eruditione gloriose, & ad antiquiorum etiam inuidiam, noster Soares tom. 2. in 3. part. insudavit, ea de re primus disputationem instituit, & laudis progressu postremus. Ergo de reliqua hominum collectione, comparatione totius Angelorum collectionis difficultas procedit. Sanctus Bonaventura, in 1. d. 32. articulo vii. quæstion. 4. Carthusian. ibi quæst. vii. col. 3. pro hominum collectione stat: videturque secuti tandem. Alexand. 1. p. quæstion. 32. m. 1. quem prius imitatur Molina. Verum hi de ea hominum collectione non, nisi propter ordinem ad Christum loquuntur: quo non de collectione pura hominum seculo Christo Domino eiusque gratia, & sanctitate (necum Diuipara etiam seculi) loqui se ostendunt: sed gratiam, & gloriam collectionis reliquorum hominum comparata cum gratia, & gloria collectionis totius Angelorum maiorem esse, ac subinde ob illum excessum collectionem hominum magis à Deo amabilem & amatum de facto docet Ruiz sect. 8. à numero 8. fundamenta iactans, ad numer. 14. concl. 4. rem concludens. Richard. in 3. d. 32. art. 4. quæstion. 1. ex aduerso stat pro Angelorum collectione ex qua paucos in gratia, & gloria ab excellentibus sanctis hominibus aliquot æquari putat: excedi vero pauciores; hominum autem fere omnes non solum à primoribus; sed à vulgo etiam, in gratia & gloria vinci, S. Thom. 1.2. quæstion. 10. art. 4. ad 2. & in 3. d. 32. quæstion. vii. sine æquam vnus, atque alterius collectionis gratiam censet, & gloriam: quare & æque utramque de facto à Deo amari. Probat æqualitatem illam ex 21. Apocalyp. verb. illis. *Mensura illa Angelis mensurantis actiue non autem passiue mensuratur*, ut ex textu constat: unde, etsi ædificij celestis hominum ciuitatis mensurata per Angelum textus magnitudinem dicat, ut dicit; nusquam tamen cum magnitudine ciuitatis Angelicæ, ibi non mensurata, comparatio necum dicit æqualem.

2. Hi omnes de amore de facto commentantur cum bonitate, & amabilitate obiecti discurrentes; cum tamen, ut absolute, & exactè quaestio decidatur, aliam de etiam amoris diuini magnitudinem pensari debeat, ut ex nuper dictis certam. 3. apparet: quare duplex & hominum, & Angelorum amor distingui debet. Aliud quidem

quidem iuxta obiecti bonitatem, cui connaturaliter loquendo Dei amor commensurari debet: ac proinde hunc amorem ob maiorem excellentiam gratiæ, & gloriæ, vel hominis vel Angelis de facto esse maiorem Theologicè asserendum est: quare eius magnitudo, & maiestas erga alterutram collectionem ex maiortate alterutrius, & excessu in gratia, & gloria recte à præfatis Theologis definitur: quia, etsi Deus absolute liber sit in cuiusvis creati obiecti prosecutione, & amore; eo tamen posito iuxta exigentiam obiecti amari censendum in bona Theologia est, ubi oppositum ex scriptura, & revelatione (ex qua solum oppositum nobis innotescere potest) non confiteretur. Amorem hunc appetitionis vocamus: quia eo æstimabilitas, valorque rei amate siue amoris obiecti premium attenditur. Ultra hunc alius est amor etiam in Deo, quem paræ affectuum possumus merito nominare: quia non obiecti amari meriti, & amabilitas, siue obiectum premium & valor ab amante attenditur, sed ex mera voluntatis, & affectus indulgentia concipitur, ut contingeret in amore, quo Deus homini vel Angelo à se in puris naturalibus cōdito gratiam, & supernaturalia dona vellet & conferret, clariorque euenit in eisdem antea peccatori efficaciter volutis & iustis. Porro huius amoris magnitudinem comparatue cum aliis ex donorum magnitudine (à quibus nullquam, sed è sola Dei libertate, bonitate, & misericordia pender) taxare, non solum minus Theologicum, sed & minus rationale esset: vii ex dictis cert., claret, quare ideo præmissi, ut lucem hic dicendis afferrent.

3. Deo in præfati diffinitione primo, Angelorum collectionem amore appetitionis plus de facto à Deo diligere collectione tota hominum præter Christum eiusque matrem, consensu citato Richardo, discursu tamen firmiore, & quo multa contra hanc sententiam satis Theologicè totis citatis numeris opposita à Ruiz nostro semel retunduntur. Sic autem discursus habet. Tota communitas hominum decedentium in gratia, præuentiumque ad gloriam duplo saltem minor est communitate Angelorum in gratia permanentium, & à brevi illo statu Angelicæ viæ Deo perfructum: atqui in duplo maiore numero Angelorum ex omni Hierarchico ordine ad supremum usque, quam hominum (saluandorum, ut plurimum per finalem penitentiam nec inferiorem multo quam satis sit ad propellendam mortalitatem atque ad gradum valde remissum gratiæ, cui nequit gloria interior respondere) maior longe gratiæ, & gloriæ cumulus esse debet, quam sit in communitate hominum duplo minori: ergo amore appetitionis communitas Angelis ea magis longe, quam humana à Deo de facto diligitur: consequentia patet ex dictis numero secundo, ubi ostendimus magnitudinem æstimabilitatis valoris, & pretij obiecti eius, quod diligitur à Deo, amoris eius magnitudinem de facto commensurari. Maior est ex scriptura, & Patribus indubitabilis: siquidem Lucifer rebellis Draconis nomine tertiam stellarum seu Angelorum partem traxisse, atque ad tartarum è celo secum deturbasse dicitur. Atqui numerus hominum, pro quouis, & omni coniunctum tempore in gratia decedentium, & consequentium gloriam, amplior lapsorum Angelorum numero non est (siquidem ex scriptura Patribus, & Theologia tota homines ad reparandas sedes lapsis Angelis vacuas prædestinantur: quare, nec pauciores illis prædestinati sunt, nec plures) atque tertia Angelorum pars lapsos coeret omnes, scilicet duplo bonis Angelis in gratia constantibus minor: ergo horum numerus duplo est numero prædestinatorum hominum maior, ac subinde horum numerus duplo minor.

4. Minor primi Syllogismi, præter ipsi inferentem probationem, ostenditur: etenim Hierarchicis Angelorum ordinibus Dei gratiam, & supernaturalia dona, etsi non ad exigentiam naturalem (alioqui naturalia essent) naturæ perfectionis Angelorum ordinis cuiusque data à Deo sint: ast ad naturæ proportionis perfectionem, & congruitatem data illis à Deo fuisse, & Theologica ratio, & Patrum, præcipue Dionysij, sententia suadet: qui ex summa præ Angelis reliquis

Corisiphil. de Orde de Deo Vno, Tomus II.

donorum Dei excellentia Lucifero collata ipsam in essentiali, ac entitativa natura perfectione reliquis, etiam supremi sui ordinis, perfectione præcellere docent id quod à simili de donorum Dei inter homines facta ab ipso distributione non legenter probatur: ea siquidem unicuique secundum propriam virtutem: id est nativam perfectionem, facultatem, seu capacitatem naturalem facta in parabola talentorum dicitur Matth. 25. unde & idem in Angelis contigisse dicendum est. Hinc autem inferatur longe maiorem gratiæ, & donorum cumulum Angelis superioris ordinis, quam inferioris fuisse à Deo impertitum, summumque Angelis ordinis supremi: siquidem perfectioris & perfectioris usque ad eorum summam naturæ Angelis superioris, & summus tandem ordo compositus est. Inde fit: cumulus gratiæ, & donorum toti supremæ Hierarchiæ Angelorum collatorum multo fuisse maiorem, quam collatorum toti infimo; imò, & ei vicino ordini, quod si tota collectio gratiæ &c. collata Octavo, Septimo, & Sexto ordinibus, vel tota, vel fere tota accedat longissime erit maior collectio hæc gratiæ collectione gratiæ reliquis inferiorum ex quinto ordinum Angelis donata: idque ita erit, tamen quemque ex novem ordinibus æquo Angelorum numero constare dicamus: ac dum, si cum Sancto Thoma quo superior, & superior Angelorum Hierarchia est ampliori valde eorum numero constare admittatur: quare tota fere collectio gratiæ &c. Supremo, & proximis tribus, ut minimum, ordinibus, primo donata servata est; nec lapsu Angelorum perit: scilicet & sua intentione, & Angelorum in ea persistendum à Deo gratiæ &c. quare, & ex inferiorum Hierarchiarum collectione maior.

5. Hoc autem supposito (& statim, quoad id, quod exploratum hæcenus Patribus, & Theologis non est, satis superque probando) sublimo antecelens aliud. Atqui collectio gratiæ, & donorum omnium hominum prædestinatorum non excedit cumulum gratiæ &c. Angelorum lapsorum ex inferioribus Hierarchiis & intentione, & numero eorum longissime minoris, quam collectio gratiæ Angelorum in ea persistentium, numero etiam & intentione maioris longè: ergo cumulus gratiæ, & gloriæ Angelorum longissime maior est collectione gratiæ, & gloriæ prædestinatorum omnium; subsumptum antecedens ex doctrina scripturæ, Patrum, & Theologorum notata numer. 3. sine est perspicuum: si enim hominum prædestinatio tota ad reparandas lapsorum Angelorum sedes fuit, ac proinde horum numerum suffectorum in eorum sedes prædestinatorum numerus nequit excedere: neque cuiusque ex his gratia gratiæ lapsi, cuius loco succedat, excedere poterit: ac proinde nec omnium prædestinatorum gratia, & gloria coniunctim collectioni gratiæ, & gloriæ à lapsis habenda ni laberetur. Patet: quia, cum sedium gloriæ amplitudo pro amplitudine gratiæ, & gloriæ maiore, vel minore Beatorum amplior sit, vel strictior, eum, qui ex prædestinatis successurus est Satanæ, huic preparata sedes non capiet: quare neque in huius sedem succedet, sed propriam sibi à Deo paratam occupabit, si ampliori gratia debeat. Ratione hac omnia, quæ doctè pro maiore gratia hominum, quam Angelorum doctis, & subtilibus decem discursibus præstitit Ruiz ex gratia hominibus, tam opere operato per Sacramenta, quam ex opere operantis per actus eximie charitatis, & fortitudinis atrocissimi Martyrij &c. parva manent dissecta: siquidem eis omnibus nemo ad maiorem gratiam crescere potest, quam lapsi essent Angeli in cuius locum succedet: id quod diuinam erga eos in prima sui creatione munificentiam probat; discursum vero hunc confirmat potius quam infirmat, quod si eam non solum esse illam in qua conditus à Deo est: sed etiam, quam obedientia obsequio, ac reverentia Deo debitæ acquirerent in via: id ipsum de Angelis in gratia &c. persistentibus de facto (& forte maius) gratiæ conditionis suæ additum considera, & statim intuscescit instantia, & conticesces.

6. Illud solum, quod à Deo exploratum in Patrum, & Theologorum doctrina non apparet, supposui-musque numer. 4. probandum restat, ut totus hic noster

discursus

discussus concludat, nempe ex superioribus quatuor Hierarchiis Angelorum lapsos fuisse per paucos, fereque omnes lapsos ex infima, & vicinarum esse. Verum ex hac ipsa doctrina eorundem adiuncto quod notabamus n. 3. probatur facilius, etenim prædestinati omnes in id sunt, vt in lapsum Angelorum sedes succedant, æqua nimirum gratia, & gloria, ei quam habebant, & haberent si laberentur: ergo Angeli, quibus prædestinati succedunt eius Hierarchie censeantur, vt plurimum, Theologicè sunt, cuius esse arguit gratia prædestinatorum lapsis Angelis vt plurimum succedentium. Probatum consequentia ex dictis num. 4. init. siquidem ex maiori gratia, & donis à Deo Angelis in prima sui conditione collatis natua eorum perfectio, vel maior, vel minor iuxta quam Hierarchicus ordo in inferiores & superiores dispositus proportionaliter est, dignoscitur: quare si prædestinati, vt plurimum sint remissa gratia, & gloriæ, recte ex doctrina Patrum, & Theologorum lapsos Angelos è infima & vicinis Hierarchiis fuisse probabuntur, ac per paucos ex supræmâ, & ipsi vicinioribus Hierarchiis: eius autem conditionis vt plurimum esse homines prædestinatos constat ex dictis num. 3. sub init. etenim experimur prædestinatorum numerum è perditis antea, & peccatoribus maiori longe ex parte per finalem penitentiam, quæ necessariam gratiam ad delenda læthalia pertingat, parumve necessariæ excedat constantia: paucos quæ integræ sanctitatis, & virtutis studiosos ardentem saltem in Christiana etiam republica, videmus: succedat naturalis politia apud rationales omnes ratio, qua videmus æque fere magnos, & potentes, rebelli in Regem principes, præ sui solum estimatione, obsequi, eiusque obedientia subdi ægerimè velle: cum digniori, & potentiori subditi gloriosum sit; insigniori autem subdi, vt Lucifer de aliis Angelis ambiebat, infame, & ingloriosum: nec nisi minoribus longe dignitate scientia, ac reliquis dotibus suadendum. Addam tamen discursu hoc cuius plane vnum saltem hominem collectionis præfata, qui gratia, sanctitate, & gloria ac subinde in dilectione appetitua cunctis Angelis, non quidem coniunctum, & copulatiue, sed distributiue, & singulatim sumptis præcedet. Siquidem id sedem gratiamque, & gloriam Luciferi, qui omnibus Angelis etiam Hierarchie supræmæ donis congenitis antebat, anteaerque in gloria, ni superbiisset, prædestinatus eodem argumento conuincitur: æquis autem fortunatissimus hic sit, prolixi ignoratur. Alij dicent Ioannem Baptistam: alij Euangelistam: alij Eliam, aut vnum ex Prophetis, aut Apostolis: aut Beatum Iosephum.

7. Dico secundo amore Dei non appetitui de quo hætenus, sed pure affectui plus Deum amasse hominum, quam Angelorum collectionem in hac conclusione, quem sequar, Scholasticum Doctorem non video; sed nec video, cui contradicam, omnes enim vt vidimus de amore Dei appetitui præsentem questionem versantur. Probatum primo discursibus factis certam. 3. pro maiore Dei amore erga iustum penitentem, quam æque, imò & magis iustum innocentem: & in primis argumentum illud ex parabola centum ouium, ex quibus quæsitum solum vna perdita fuit, quæ à grege decesserat, nonaginta nouem in deserto relictis, de quæsitio, reparatoque præ Angelis homine ad literam, & Christi Domini mentem intelligunt Patrum plerique. Ne vero hominum comparationem cum non reparatis Angelis lapsis factam, non cum bonis, & Beatis cum aliquod ex antiquis credas, conclusionem aduerte, & occasionem apud Lucam cap. 15. Hæc enim fuit mormuratio Scribarum, & Phariseorum Domino detrahentium quod publicanos, & peccatores benignius admitteret familiaribusque eorum mensis & conuiuiis oblati vtens ageret, quam cum ipsis, qui se, & reputabant, & iactabant iustiores: eorum vero, quam alias sæpe reiecerat sanctitatem, & innocentiam permittens, argumento ex eis parabolis peritio eorum detractioni obuius satisfecit: cui vtique non satisfaceret, si comparatio cum perditis aliis, ac non recuperatis ouibus pluribus esset, nec solum cum seruatis, & retentis; alioqui inepta argumenta, ac non è consuetis apud omnes affectibus, sed de insolitis, & raro contingenti

ne dicam absolute impossibili, gaudio maiori ouis vni inuentione cum nonaginta nouem perditione, & iactura: conclusio autem fuit. Dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentem agere, quam super nonaginta iustis, qui non indigent: penitentia: lapsus Angelus iustus fuit, & penitentia non eguerunt, vt cum illa comparatio gaudij maioris Dei de recuperato homine esse possit, de quorum iustitia nequit gaudere; quare quicunque parabolæ argumentum, & mentem Christi ad gaudium maius de recuperato homine perditio, quam illud sit quo de Angelis habet intelligi volunt, de gaudio respectu lapsorum interpretari huius textum legitime nequeunt; sed respectu Beatorum: vt argumento hoc primo pro secunda hac nostra conclusione contendimus.

8. Probatum secundo argumento pro maiore Dei erga penitentem, quam inuocentem iustum iustitiam iustis fuisse à nobis certam. 3. numer. 9. vt hic iterum illud efformare opus non fit: solum expendendum ad maius eius pro præsentem conclusionem robur est, quod certam. hoc 4. numer. 3. obseruauit. Nempe maiori ex parte, ac fere omni, prædestinatorum numerum è finali iustitia & penitentia hominum antea perditorum, & plerumque peccatorum immanium, in quibus tot, ut itaque fuere voluntatem Dei ab eorum amore retardantia præpedita, imò ad ipsorum odium concipiendum iustitiam, non nisi vehementi Dei ad eos iustificandos saluandisque amore superanda, esse. Probatum tertio, & confirmatur ratio præcedens; ex doni præcipui religiosorum in prædestinatos homines originis & causæ promioris, nempe Incarnationis magnitudine, quo nobis nostræque naturæ filium fuisse dedit: cuius doni magnitudo affectum erga homines præ Angelis amoris. Dei magnitudinem mirificæ extollit: præsertim cum erga iustum sibi infensus conceptus à Deo tanti boni conferendi amor sit. Hoc argumentum emphasi breuique, sed maiestatis plena ponderatione dedit Paulus verbis illis. *Nossum Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, est enim apprehensionis nomine reparationem hominum præ Angelis intelligant, litteræ; quæ tota de apprehensione naturæ humanæ præ Angelica est minus attenuata: nec de Angelica in prauis Angelis, respectu quorum tantum reparatoria, seu redemptoria apprehensio esse potuit, tamen ex fine reparandi homines, & tam factam, & opportune, ac contentienter factam carniæ, & sanguinis redimendorum participare fraternæque eorum fieri redemptorem expellit multis ibidem Paulus ostendit, summamque hominum è Christi profecta nobilitatem eternitate dignitatem commendat: vnde non vana elocutione solum sed rigida Theologia plenum illud Leonis magni serm. 1. de Natiuit. Domini. *Agnosce à homo dignitatem tuam & diuinam consors factus nature: ista. Hic autem nulloquam dignitatem hanc naturæ humanæ et eius à Deo per vniuersum hypostaticam verbi adiunctam, vt obiectum rationem amplius amandi appetitui hominem, quam Angelum assumimus; id enim esset Christum cuiusque dignitatem in tota hominum collectione includere, quem tamen ad amorem appreciationis initio exclusimus; sed, vt affectui amoris Dei (de quo secunda hæc conclusio) effectum, & indicium. Quarta demum probatur conclusio ex dictis cert. 2. n. 8. etenim etiam quæ ex affectui alicuius electione vt media ad iustitiam ab iplo finem amentur, minus certe eo amore affectui amantur ab ita amante, quam finis; atqui Angeli omnes boni ex affectui Dei electione amantur, vt media ad salutem hominum: ergo eo amore minus, quam prædestinati homines, amantur. Maior probata est citato loco. Minor expressa est à Paulo ad Hebræos 1. & ne: *Omnes sunt administratores Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutem: vnde de Ambrosio. 2. in Luc. cap. 12. Non solum Episcopi ad tuendum gregem Dominus ordinant, sed etiam Angelos destinant. Demum ex cura, & studio, atque adeo extraordinaria providentia, qua de hominibus remedio, diuque ad salutem ipsi prouidit, vehemens eius amor erga homines, prædestinatos præsertim, nobis immo, cum tamen erga Angelos bonos nobis necdum an finalem erga illos habueris esset, si ipsi laberentur, immo: imò verò oppositum lapsorum adeo neglectorum exemplo probabilis discursus.***

9. Addi inde & ex dictis à nobis contr. de Incarnat. posset. Non solum amorem Dei erga totam hominum collectionem, verum etiam erga prædestinatum quævis, quam erga totam Angelorum bonorum collectionem, esse affectivæ loquendo maiorem: constat enim ex Chrysostomo ibi recitato adeo ardentem quemvis nec solum totam prædestinatorum collectionem decreto Incarnationis fuisse à Deo adamatam, ut non solum pro eius morte ex læthali peccato destruenda resurgendoque ad spirituales gratias vitam homine & pro eius salute per veniale imminuta ad integritatem recuperanda ex vi præsentis decreti & amoris erga hominem verbi Incarnationem peragendam esse, & Christum Dominum venturum. Quod postremis hinc probationibus opponi posse videtur cert. 3. ubi de amoris Dei affectui erga Christum, ac Deiparæ humanitatem magnitudine respectu amoris, quem erga homines reliquos habet, agamus, opportunius proponantur, ac discutiantur.

CERTAMEN V.

De magnitudine amoris Dei de facto erga homines aliquot relate ad alios homines, vel reliquos.

1. Prima de amoris Dei erga hominem aliquem relate ad alios magnitudine difficultas de primo ac præcipuo homine ac Deo simul Christo occurrit. An scilicet quam homines reliqui prædestinati, ac tota Ecclesia hominum, imò & Angelorum plus ametur, & similique de eius matre MARIA quæ secundo instituitur. Tercio vero de aliquot sanctis in ordine ad Dei amorem eiusque magnitudinem comparatis, & quoad Christum Dominum, videtur, quæstioni apud Catholicos imò sanæ mentis homines, qui Christum Deum simul, & hominem esse credunt, de amore appetitionis, quique bonitati, & valori, siue, ut sic loquar obiectui rei amatæ pretio, respondeat, dubium esse non potest, cum, quia Deus, tota Dei amore in se ipsum necessario ametur, quin ei, non solum ad amoris sui physicum totum, verum neque ad intentionalem affectus maiorem, vel minoritatem (de qua solum erga obiecta Deo non identificata de amoris divini magnitudine potest inquiri) illa Deo ad sit libertas, sed sui amoris, & voluntatis impotentia potentissima, toto affectu in sua intrinseca omnia feratur, rursus, vel potius advolet, & consendat: quare tota difficultas est de magnitudine amoris, quo se Deus quæ hominem (substantiæ dicto homine, atque humanitate in recto dicta, verbi illam sustentantis persona in obliquo solum dicta, & connorata) siue humanitatem vniione verbi ornatam, eiusque sanctitatem, seu Deitatem ac vniuenti substantiam tota (ut Patres loquuntur) delibutam amat: quia re non scolasticis modo, verum & Patres sententiis diffidere aliquis poterit: quia nulla amoris divini diuisione præmissa, quique vnam amoris speciem attendens maioremque magnitudinem considerans, aliis, qui aliam solam attendebant aduersa videntur sensisse, & docuisse contraria, cum nemo alteri aduersetur, nec possit me iudice aduersari: idcirco, ut omnium appareat concordia, & quid rei, & veritatis in hac difficultate tenendum clarius appareat, magnitudinem intentionalem amoris divini, ipsamque amorem in appetitionem siue appetitionis, quem dicunt, & in pure affectivum, siue pure affectionis diuisionem primis talis dicitur, atque est, quia solum obiecti bonitatem, siue amabilitatem quo in ipsum amorem concitatur esseque estimabilitas atque obiectus valor, & pretium quod voluntati offert, ut obiectum prosequatur ipsique à voluntate (ut sic viuimus rem explicem) affectum & amorem emittit: pure vero affectivus, seu affectionis pure amor, vitæque quidem, ac non emptus ab obiecto eius bonitate, & pretio & valore obiectivo est, sed ex indulgentia amantis eiusque libertate ad magis, vel minus amandis, & ad amandum, vel non amandum, oriundus: ut de magnitudine amoris Dei erga penitentem, & innocentem ipsum cert. 3. dicebamus, ac inde rursus cert. 4.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II,

2. Dico igitur primo: Amore appetitionis plus Christum, quia hominem, siue eius humanitatem, quæ Ecclesiam totam diligit Deus probatur. quia appetitionis tantus amor est in Deo, quanta est bonitas, sanctitas, estimabilitas, valorque & pretium obiecti: atque sanctitas, valorque, & pretium obiectivum Christi, quia hominis, siue humanitatis per vniorem hypostaticam ad Deum, est infinitum, & substantiale, Deitasque ipsa, & filiatio diuina omnemque accidentalem sanctitatem hominum, & Angelorum immensum excedens: ergo amor appetitionis Christi, quia hominis, siue humanitatis vniore hypostaticæ in Deo infinite maior est amore, quo totam collectionem hominum, & Angelorum amat. Hac à priori demonstratio alias, vel continet, vel parit: nempe maioris boni, quod Christum humanitate Deus dedit, quod maioris amoris efficacissimum à priori etiam maioris amoris est, & summi erga humanitatem, cum non possit esse maius donum, quod creaturæ donetur. Hoc vltus videtur Paulus ad Hebr. 1. Tanto, inquit, melior Angelis effectus (qui modico: ut dixerat, quam Angeli minoratus est) quia homo quanto differens præ illis nomen, & rem, hæreditavit, à Deo accepit: cui enim dixit, aliquando Angelorum filius meus es tu: ego hodie genui te: & illa etiam ratio quam idem Paulus attingit ad Hebr. 2. decebat enim eum, propter quem omnia meritiu, quia hominem, & per quem omnia affectivæ, quia Deum, &c. per passionem consummare: siue qua nec consummata merita forent: ad Colos. 1. quoniam in ipso condita sunt universa: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: & ipse caput corporis Ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: nempe diuinitatis corporaliter ut c. 2. ait addens: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: quod repetit ad Ephes. 1. siue concludens: & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam: quibus locis tertium aliud etiam argumentum continetur ex præcontinentia necessaria effectuum omnium in causa, siue physicæ, siue moraliter, condignè tamen in illos influente, in Christo Domino qua homine siue eius humanitate quæ omnium gratiarum Ecclesie meritoria de condigno imò emulentalis, & redudans causa est plus longe sanctitatis, amabilitatis, pretique obiectivi ad sui amorem Deo eiusque voluntati offerre, legitime intulit. Simplex hoc medium, & argumentum ex ratione principij influxui sola Paulus eis locis attingit, non autem coniunctum, ex ratione etiam alia causæ finalis quam contineri putat Ruiz ob particulam illam recitati textus ex 2. ad Hebr. propter quem omnia quasi propter solam motionem finalem, ac non etiam meritum apud nos, & scripturam frequenter significet.

3. Alia etiam inde Theologica ratio à posteriori subiungitur. Nempe ex necessitate Incarnationis ad peccati nostri reparationem de condigno à Theologis, & Patribus constanter asserta: ex qua recte inferitur ex cumulo gratiæ, ac subinde gloriæ omnium hominum, & Angelorum tantam dignitatem eius collectionis, vel vnius per quæ ex illa, si in eam totus ille cumulus conflueret non fore, ut condignum eius operibus pretium meritum satisfactiuumve, nedum superabundans, pro peccato nostro læthali offerretur: quare in Christo, cuius opera, non condignis, sed supereruentis etiam valoris, ad condignam à nostro peccato læthali reparationem, & satisfactionem extiterit, maior longe dignitas sanctitatis, amabilitatis valorque & pretium obiectivum amoris divini, quam in toto cumulo gratiæ & gloriæ Ecclesie ex omnibus Angelis, & hominibus constare à posteriori demonstratur: & quanquam eam necessitatem physicam Incarnationis, uti à Recentioribus Theologis vulgo assertur, non admittam, minimeque à Patribus assertam ostendi controu. de Incarnationis necessitate, quia hinc pro vno quidem læthali creaturæ, quantavis gratia orate, imò tot creaturarum rationalium collectioni (non solum quæ de facto est, sed quæ esse absolute potest) potentiam condignè merendi eius remissionem, aut satisfaciendi negant, quod abnuo; tamen, cum necessitatem Incarnationis moralem ad satisfaciendum præ tot, quot sunt, hominum læthalibus innumeris defendam: & hoc argumentum in ea nostra sententia locū habet, quoad Patrum

pro hac conclusione testimonia, tot extant obuia, vt nullum pro ea referre opus sit: videantur Auguft. tr. 110. in Ioannem ad id Ioann. 17. *Et dilexisti eos, sicut & tu me dilexisti*, & sub tract. finem Cyrilli. 11. in Ioann. cap. 27. ad eadem Ioannis verba: & cap. 28. sub init. Anselm. 2. Cur Deus homo? cap. 14. toto, maxime post med. argumento hoc postremo rem demonstrans, ex Theologis passim omnes conclusionem, vt de se notissimam supponunt, expressius alii. Alex. 1. p. question. 32. m. 1. post med. S. Bonavent. in 3. d. 32. art. vn. question. 5. Richardus a. 2. quest. 4. Cartusianus q. vn. col. 3. S. Th. quest. vn. fine & 1. p. q. 20. art. 4. ad 1. idemque docet Magister d. 32. cap. 1. fine, Ruiz citata d. 53. sect. 5. Nec video quidquam (de amore appreciationis loquendo, vt loquimur) conclusioni huic, siue ab auctoritate, siue a ratione obici posse. Nam Bernardus, qui aduersum quid sonat, etsi qui alij Patres, de appreciationis amore non loquuntur: solum addo ne conclusiones multiplicem rationesque repetam similemque conclusionem de amoris appreciationis Dei erga Deiparam magnitudine relate ad totam reliquorum hominum & Angelorum collectionem esse tenendam ob rationem primam, proportionem seruata: quia eius gratia, & gloria cumulo gratia, & glorie omnium coniunctim hominum, & Angelorum grandior, etsi intra finitatem est: secunda ratio id ipsum seruata proportione probat.

4. Dico secundo amore pure affectiuo, plus Deus Ecclesiam hominum & Angelorum quam Christum qua hominem, si eius humanitatem vnione hypostatica sanctissimam & naturalem, tamen denominatione intrinseca, filiam adamauit: est expresse Saluiani conclusio lib. 4. de gubernat. Dei sub med. vbi ex Ioann. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*: & ad Rom. 8. *Proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum* concludit, quod longiori subtiliorque discursu contenderat. Euidens res est, quod supra affectum filiorum nos Deus diligit, qui proprio: & quid plus (addo) hoc filio iusto, hoc filio vnigenito, hoc filio Deo, quid dici amplius potest? hoc pro nobis, pro malis, pro impiissimis, pro iniquis. Bern. item sem. de Magd. longe a medio. Duo corpora habet Christus vnum, quod suscepit ex virgine, alterum Ecclesia, quod charius habet benignitas redimentis. Denique illud pro isto morti exposuit, & tormentis morte turpissima condemnatus: sem. 57. ex paruis fine: *que vtrique membra, nisi plus illo crucifixo corpore Christus diligeret, pro his illud crucifigendum non tradidisset*. Ne vero dicas: hæc de humane Christi voluntatis, non autem diuinæ dicta: memento summe concordie humane Christi voluntatis cum diuina: in opere autem, & fine, & amore salutis hominum imprimis qua de re literale est illud Psalm. 39. *in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*. Aliud testimonium ex Bernardo pro hac conclusione ex ferm. 12. in cantica circa finem extra 12m citatur.

5. Plura item Theologica argumenta, pro hac etiam conclusione sibi obiecit Ruiz supra sect. 6. quæ ita diluit sect. 7. vt ostendat soli amoris appreciationis attentum se, nec amoris pure affectiuum siue affectionis memorem esse: vel potius nunquam id amoris genus in eius mentem venisse: etenim satis illud Saluianus expressit, vt diu etiam excusum, in memoriam reuocaretur: imò & de quo perciperetur: idcirco verus, atque ex sapientissimis Patrem excessisse ait, discursum eius plane non assecutus, atque satisfaciendo impar: Sed nec Bernardi argumentum (quod idem ipsum Saluianus est) penetravit. Neque illud sicuti, nec reliqua, quæ principio eodem ducta similem emphasim habent, & energiam: illis enim omnibus communi solutione singulis applicita respondet: redemptionem humani generis eiusque nude sumptam salutem inferioris ordinis, quam vita humanitatis Christi vnita hypostaticè pro ea, etiam tri-duo tantum, ponenda: quare esse argumenta insolubilia: consideratam vero humani generis salutem, vt coniunctam cum totis, tantisque bonis supernaturalis ordinis, atque eleuata, quibusque ornata ob Christi mortem, & redemptionem fuit, vita humanitatis Christi triduo solo deponenda, ac postea vnionis perpetuitate gloria corporis, ac vita immortalis, exaltatione nominis

recuperanda esse pretiosior. Verum solutio hæc, vt alia, quæ rerum coactione constant, nihil nisi apud eos, qui vim difficultatis satis non callent, præstat. Grega enim salutem reliquorum hominum omnibus supernaturalibus donis ornata, quoniam Christi humanitatem post resurrectionem hypostaticè vnitam inclusas vt comparatiue difficultati præfenti de amoris Dei erga illam respectu amoris erga reliquorum hominum collectionem esse possit (vt tu ipse iure supponis) inanequeque maioris infinite bonitatis, & amabilitatis amore appreciationis esse humanitatem Christi, quam cumulum totum illum gratia eius, supernaturalium donorum redemptionum, & Beatorum, neque enim ex duratione vnionis, & vite humanitatis Christi, sed ex donis, & sanctitatis ipsi per illud communicate amabilitatis eius magnitudo, & excessus comparatione amabilitatis totius collectionis reliquorum hominum, & Angelorum Beatorum desumitur: & cum eis ita, vt de facto ex redemptione, & reparatione per Christum, & eius mortem, sunt ornatis, sit quoad eorum amabilitatem & amoris Dei magnitudinem comparatio: elige ergo, vel in eis collectum sumptis ita ornatis, vt de facto sunt, maior est amabilitas, quam in humanitate Christi ob hypostaticam vnionem vel secus? Si primum: ergo tota collectio Beatorum, ita ornatorum magis amabilis, & amata à Deo est amore appreciationis, quam humanitas Christi hypostaticè etiam vnita, id autem & contra te, & contra Theologos & Patres rationemque Theologicam certam, & irrefragabilem elisum autem non est magis amabilis, & amata est cunctis donis ornata hominum redemptionum, & saluandorum, imò & Angelorum collectio humanitatem Christi hypostaticè vnita: ergo frustra, vt difficultati ortæ ex eo, quod maius & maximum humanitatis vnite bonum ad minoris aded boni consecutionem, nempe reparationis salutis nostre, Deus & amore suo ordinet, ac impendat, in hominum redemptionum salute, vt de facto obtenta est bonitatem, & obiectum æstimabilitatem, quam in vnita hypostatica humanitate maiorem, quæ nusquam esse nec inueniri possit, vestigas. Aliò igitur, quo Saluiani & Bernardi testimonia nos dilucide, & conclusio præfens ducunt, erit eundem tantæ difficultati occurratur.

6. Ne vero æstimet Ruiz censura illa excessus solum Saluianum protriuisse, & quamvis dissimulauerit, Bernardi sciat, & Ecclesiam in eadem damnatione (si aqua fons) futuram: quæ de beneficio nostre redemptionis, magnitudine & excessu amoris erga nos diuini agens inde verique Deum alloquens, probat, *vt seruam redimerem filium tradidisti*: sciat etiam censuram Paulo ad Rom. salutem esse, ita enim ait: *commendas autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: cuius charitatis Dei in nobis commendationem, & excessum ostensionem eo exhibitam quod ex nostre redemptionis amore, præsertim cum ipsi aded essemus iniquitatis nostris infens, tante æstimabilitatis, & pretij rem, nempe filij vnigeniti sui vitam, profuderit: si autem vt maius illud quod bonum consequendum, & vellet, & efficeret, nil amplius, quam quotidie, & velle homines, & peragere videmus, ostendit, cum tamen, & magnifico, neque in hominum, non facta solum, verum mentes venturam diuinæ erga nos charitatis, Deique solius dignæ miraculum, & amoris alias incredibilem excessum ostendere velit: vrbis patet, & videbimus cum difficultatem quæ Apostolum ibi non latuit dissoluamus. Rationes Theologice pro hac conclusione datæ in simili sunt: prima de maiore Dei dilectione erga penitentem, quam erga innocentem iustum ob maiora impedimenta non, nisi maiore amore superanda. Secunda ex sæpe dictis de maiore amore erga finem quod magis amari, etiam vt quod, quam media ex proloquio Arist. 1. post. tr. 3. à tota Philosophia & Theologia recepto: Deum vero propter nos, & propter nostram salutem, vt finem, tanquam medium & incarnatum esse, atque qua hominem passum, crucifixum, & mortuum ex Catholico Ecclesia dogmate constat verbis illis symboli: *qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de calu*. Tertia à priori etiam quia amoris pure affectionis, seu pure affectiuæ obiecta magnitudo, & ordinabilitas, non desumitur, & necessario ex magnitudine æstimabilitatis obiecti, &*

seu eorum valore, & pretio obiectum ad sui amore voluntati oblatum, sed ex mero arbitrio, & libertate amantibus: tum, quoad substantiam, tum quoad intentionem, & vehementiam amoris, tum etiam, quoad obiectum ordinationem: cum autem creatum quodvis obiectum, cuiuscunque bonitatis sit, amandum, tam quoad substantiam, quam quoad intentionem affectus liberè à Deo sit: tum etiam ad ordinandam humanitatem Christi, etiam Hypostaticè unitam, ut medium ad finem, magis propterea etiam ut quod amatum: idque factum fides docet: magis salutem nostram affectionis pure, ac pure affectivo amore à Deo diligere, quam Christi humanitatem concluditur: quin inde magis appreciatur amari (quod nullo sensu, viare Theologica non esse absurdum potest) inferatur.

7. Inquit tamen amor Dei, etiam in affectiva praelatione vniu obiecti praelio debet esse cordata, & prudens, atque imprudentissimum, summaque, vel ignorantia, vel amentia plenum est, rem vilissimam, & indignissimam, magis quam pretiosissimam, & dignissimam amare, hancque in illius pretium velle ordinare, impendere, ac perdere, ut illam acquiras, ac possideas: ergo vel sciendum est estimabiliorem de se esse, & amabiliorem hominum salutem, quam humanitatem Christi, quæ pro illa impensa à Deo est: ut obtineretur, magis, appreciatur amatum (quod est absurdissimum) vel non esse adhuc affectivè illam magis amatam à Deo, quam humanitatem Christi. Hæc res humanam rationem, & prudentiam solum attendentes summa est: ob quam Crucis, & Redemptionis Christi mysterium, *Isaia* quidem *scandalum, gentibus autem stultitiam*. Paulus appellat. I. Corin. 1. quod satis esset ut serio à Doctoribus Catholicis non opponeretur, sed solum, ut satisfaciendi infidelibus ostenderetur ratio, ac dilucidius complanaretur, sed nec loco ex quo nuper secundum conclusionem probauimus difficultatem dissimulauit: ait enim ad Rom. 8. num. 6. *ut quid enim Christus, cum adhuc infirmus essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est? ut enim pro iusto aliquis moritur, nam pro bono forsitan qui audent mori?* Respondet autem illico: *commendat autem charitatem suam Deus in nobis*. Ac si diceret: Re integra, nec præconcepta à Deo erga homines, etiam perditos, charitate vehementer ardentissima, atque iustissima (quam eo facto moriendi pro impiis sibi infensissimorum salutem in nobis ostendit, & commendat) sed atenta solum obiectorum amabilitate scilicet quid foret filium pro feruis impiis mori: cogita vero charitatis affectum, quem Deus, etiam erga impios, imò etiam erga pessime meritos, impios, sua libertate, bonitatemque (quæ si vincit insuperabiliter à malo debet, Deo digna minime foret) præconcepit, nec à Deo ita valde pretiosiores eorum salutem impendisse miraberis: cogita Paternum, & Paterno amplioem, affectum, quo pretiosissima quæque, à creatis etiam Patribus, filiorum, non vitæ solum perditæ recuperanda, mortis imminenti vitandæ, sed & lenioris valde momenti commodis lucrandis impenduntur, & quicquid in rebus pretiosioribus valoris intrinseci est dum illi commodis inferiuntur, æquatur & exceditur: idque non adeo contra rationem naturalem, ut non sit penè à natura ipsa Patribus insitum inuenies, quod Paterno affectu sensu, irrationale prorsus esset: ut difficultatis ratio probat: quæ de solis obiectis secundum se spectatis conuenit.

8. Solutionem hanc continet emphatica illa ratio Pauli, quam, & Patres mystici, & Anagogici; Ecclesiæque ab ipso didicerunt: ceterisque elegantius ita Saluamus sub inferius explicuit: *quantum ad rationem humanam pertinet iniustam rem quilibet faceret si pro pessimis feris filium occidisset, utique hoc magis inestimabilis pietas, & mirabilis magis virtus est quod ita intelligi ab homine magnitudo iustitiæ suæ non potest: ut quantum ad imbecillitatem humanam pertinet, penè iniustitia spectem magnitudinis iustitiæ habere videtur: quibus verbis, & aliud altissima Theologiæ motuum affectus, plusquam Paterni erga nos diuini, tamen secundarium adiunxit: quo, & iustitiæ diuinæ magnitudo ab impote penè Dei erga nos misericordiam, & charitatis affectu, hoc facto vis est superari, Deulque ad iniustitiam defecere:*

etenim naturalis Dei filius (etsi communicatione ac non naturæ Paternæ identitate) quæ homo etiam, siue secundum humanitatem Christus Dominus erat: nos autem ferui per peccatum, non Dei solum, etsi pessimi & nequam, sed vilissimorum etiam dominorum, Diaboli nimirum, & peccati: atqui ius naturale ad maiorem Paternum affectum, habet filius etiam per communicationem, quam feruus, nequam & vilissimus: ergo quin huius iuri derogetur, nequit Paterno adhuc affectu, ex parte Dei amari magis homo, quam humanitas Christi: neque huius vita in hominis salutem impendi, & hanc instantiam Pauli solutione præoccupauimus: siquidem charitas ex parte sui, & Paternus vehemens affectus erga lapsum iam hominem, atque pessimum feruum, tunc conceptus fuit, cum nondum naturalis per communicationem persona, & naturæ diuinæ humanitati Christi aderat, quæque ius illud ad maiorem Dei affectum Paternum haberet: siquidem ex Paterno illo affectu in nequam feruum decretum, & extensum absolute primum fuit: contra ius autem possibile solum nulla alicui fieri iniuria poterit; alioqui mihi Reges, & Imperatores iniuriam in regnorum omnium mundi retentione faciunt: melius enim ius meum ad ea omnia possibile absolute est: etsi de facto sit nullum. Saluamus aliam attigit solutionem ex secundo sine Incarnationis nempe satisfaciendi diuinæ iustitiæ, non solum vindictiue, quoad penæ inflictionem, quam absque dolore, & penè inuito Deo, ut supra ostendimus, præconcepta in omnes homines charitas insigere non sinat; sed quoad Dei infensionem, seu offensam, quæ inflicta etiam penis non aboleretur: cui nisi filij meritis, & satisfactione non fieret satis: quare ea iniustitiæ species, quæ in traditione filij pro feruis summa iustitiæ diuinæ magnitudo est, cui nisi Dei hominis operibus meritis, & satisfactoriis ad plenum pro culpæ penæ, & offensa aliter satisfieri non poterat: atque ut nihil de iure (ut sic loquar, quia de iustitiâ stricta Dei sermo ex instituto habendus controuersia fuit) suo non solum æquam Deus pro toto, sed superabundantem filij pro seruo satisfactionem præ suæ iustitiæ magnitudine attribuit.

9. Dico tertio amore pure affectivo, siue puræ affectionis, plus Deus quemvis hominem, quam Christum, quæ hominem adamauit. Ratio ex dictis hactenus adiuncta nostra doctrina controuersia 1. de Incarnatione d. de fine Incarnationis quæst. ult. de adæquato illius intrinsece fine, est perspicua: siquidem ita Deum propter omnium hominum salutem Incarnationem verbi, & passionem Christi decreuisse, ut ob cuiusque hominis salutem ea Deus decreuerit tanquam finem adæquatum intrinsecum; non autem adæquatum extrinsecum: nam singulorum reliquorum salus finis etiam intrinsece adæquatus fuit: quia pro omnibus, & singulis decreta Incarnatio in solidum, & Christi passio fuit: id videtur mihi Paulus docuisse. Neque enim fat illi fuit dicere ad Roman. 8. *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*: id enim de adæquato fine intrinseco ex omnium coniunctim salute conflato verum haberet: sed ad Galat. 2. addit, *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*, ut ita pro omnium salute Incarnatum, mortuumque Christum ostenderet, ut pro ipso in solidum Paulo, & singulo quoque homine, incarnaretur, pateretur, & opprimeretur: tantumque beneficium, omnibus licet commune, magnitudine misericordie, & charitatis suæ cuique ex nobis totum fecit singulare. O non beneficium solum, sed prodigum sui præ mei amore, cui plus adhuc amoris, quam doni, etsi tanti, debeo, cum hoc quantum quantum est nimie tuæ charitati erga me debeam! O me non stupidum, & irrationalem, sed, & effluentem peccatorem, qui à Deo beneficium ac mei amantem Dominum, non solum non amo, sed sperno: tantamque eius largitatem iniuriis, amore odio rependo.

10. Reliquorum Beatorum in Deum amorem, sanctitatemque, & gloriam conferre (siue Angeli illi siue homines sint) ac subinde diuini amoris erga vnum præ alio excessum metri Theologiæ rigidioris quam Oratoris artis discurrentis negotium non est: quare id examinare Dominis ac Patribus Concionatoribus relinquimus.

linquo, monens tamen, ne oratio hyperbolicis sententiis, diffusibusque, & scripturæ, & bonæ Theologiæ repugnantibus excedat: ut excedere frequenter videmus, ipique suo malo experiuntur excessisse. Pro excellentia quatuor solum sanctorum, quidam aliis præcedat: cum aliquo in Evangelio fundamento dubium esse possit: nempe Apostolis Petro, & Ioanne Evangelista, Ioanne Baptista, & Iosepho ob textus & munera ipsorum inibi expressa: & de duobus primis disputat eruditione solita, solidisque quantum res patitur, fundamentis, & stat tandem pro Ioanne Ruiz noster ex Hieron. 1. cont. Iovinian. med. quia ob virginitatis prærogatiam, maiorem quam ceteri Christi dilectionem fuerit confectus, cuius sententia annuit Ecclesia in officio Ioannis dicens. Inter ceteros magis dilectus, iterum privilegio amoris præcipui ceteris altius, &c. Rursus, specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Cui sententiæ, & rationi Hieronymi proposita quæstione tractatu ultimo in Ioan. Augustinus post initium sub tractatus finem confert: sententiam vero ipsam solidiori adhuc ratione probauerat ex illis Ioannis 1.1. Discipulus ille quem diligebat Iesus, sic scribens. Voicuaque se commemorat Iongnes, ut nomine suo tacito ipso posset intelligi, hoc addit: quod eum diligebat Iesus: quasi solum diligeret: ut hoc signo discernetur à ceteris, quos vtrique amos diligebat: quid ergo, nisi amplius se dilectum, cum hoc diceret, volebat intelligi: quod, absit, ut mendaciter diceret: cum autem dilectio Dei amoris redamantis debeat respondere: Petrusque amplius quam ceteri Apostoli Christum Dominum dilexisse ex scriptura videatur constare quæstio redditur Theologica difficillima: ut Augustinus ipse vtr. med. his facit: Meliorem, qui plus diligit Christum, feliciter vero qui plus diligitur à Christo facile responderem, si iustitiam liberatoris nostri minus eum diligenti, quo plus diligitur, & cum plus à quo minus diligitur quæ admodum defenderem, præiudicem: Ego vero in re ardua pro maiore Dei erga Petrum dilectione sto: quia æstimo à Petro Dominum plus amatum, ita Alex. 1. p. q. 2. m. 4. Gabriel in 3. d. 32. quæstione vnica, Sanctus Thomas lect. circa medium in caput Ioann. 31. Nazianz. orat. 9. ad Iulianum post medium. Petrum Discipulorum omnium Christo charissimum, dicens: ex tribuitur ex æquatione probans. Cyrill. Alexand. 12. in Ioann. capite 64. maiorem Petri, quam ceterorum in Dominum charitatem facit: supponuntque, ut indubitatum Chrysost. homil. vlt. in Ioann. & alij Patres & Interpretes frequenter ad Textum Ioann. 21. subiciendum; in quibus Maldonatus noster, cuius, vel sola, me autoritas frangeret: cum autem consequens maior erga eum, à quo plus amatur, Dei amor sit, ut Augustinus aiebat: Petrum plus Ioanne à Deo dilectum consequens erit: quod autem Petrus plus Ioanne Deum amauerit efficaciter suadet ex Trina illa Christi interrogatione ad Petrum, eiusque responso, occasione, siue, & circumstantiis, quibus habitum colloquium illud fuit Ioan. 21. circumstantia Petrum solum, ubi primum Christum esse qui è littore eos alloquebatur nouit se in mare coniecisse, ut citius, etsi periculosius, quam ceteri nauigio, & laboriosius, laboris, præ charitatis feruore, & periculi immemor (ut Patres expendunt) ad dilectissimum Magistrum perueniret: suis commendandi tunc (sine aliorum Discipulorum liuore, qui feruentiorem, ardentiorque seipsos in Christi amore præfente eius feruore recognoscebant) totum suum gregem, constituentem illum sui mox discessum Vicarium, caputque Ecclesiæ visibile fide vtrique, qua semper Petrus præcellit, atque tanti muneris pollicitationem à Domino obrinuit, dum eius diuinitatem primus professus est verbis illis. Tu es Christus Filius Dei viui. Matth. 16. Domini responso: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & charitate in Deum pascenda, & gubernanda Ecclesiæ dote præcipua: idcirco ter Dominus de charitate Petrum interrogat: ut trina amoris sui feruentissimi, tunc facto ipso ceteris noto, confessione, & Domini approbatione, ex trina quondam Magistri eiusdem præterita negatione omnia de opposito apud ceteros ea in electione posthabendos suspicionem purgaret.

11. Colloquium autem à numero 11. fuit: Simon Ioan. sive Ioannis diligis me plus his: quibus de maiore quam ceterorum erga Deum amore rogatus illico respondet etiam Domine id plane fasces, subdens tamen: Tu scis Domine: quibus, etsi modestam edoctus ex trina negatione contra præsumptuosam sui amoris, Dei scientiæ, & vaticinio iactantiam aduerfam, proficitur, ut Patres plerique obleruant; non id solum agit, sed confessionis suæ testem advocat Dominum: ut doctè Maldonatus obleruat. Neque incassum testem Dominum à Petro pro maiore suo amore vocatum rectè probat: cum enim de ampliore amore, ut vtes ei committeret, à Domino rogaretur, atque eius maioritatis testis Dominus ab ipso vocaretur, ac statim oues ipsi commissæ pascendas, illis verbis: Pæce agnos meos, factio ipso vocalis denuncia tionis officii, & commendationis gregis eo vique suspensa, confessionis ampliori amoris sui Petro testatur. At inquit Ruiz charitatis excessum, dum charitas sufficiens, immo non vulgaris (quæ Apostolorum nemini poterat negari) adit, non esse præcipuum Principis, & Gubernationis dorem: quæ sane non semper sanctior, & charitatis feruentioris viro donari debet, nec donatur, atque prudenter fortitudinis, cautionis, & providentiæ excellentia consistit. Ceterum solutio hæc ferè omnes Patres habet aduersos: qui idcirco amoris præcipui tam exactam discussionem huic designationi præmissam aiunt, ut cum Ecclesiastici Principis dorem præcipuum esse innotesceret: id quod, & verbis, quibus Petro gregem commisit Dominus Petrum tunc admonuit: agnoscere scilicet nomine fideles omnes eosdem, quos ouium nomine pot modum, Petro tunc commendans: & maiorem, ceteriorumque suum erga illos amorem significans, ac Petro in eorum gubernatione agnorum, quam ouium applicatione proponens: quemadmodum (Maldonatus inquit) si Pater moriens, & liberos suos amico commendans, diceret: commendo tibi infantulos: vehementius, maioremque affectu commendaret, quam, si diceret: commendo tibi filios meos: immo Augustinus tract. 12. in Ioan. quærit nomine etiam ouium amoris præcipuo Petri quædā præcipuæ fideles commendatos non solum docet etiam illis, sit amoris officium pascere Dominum gregem: sed infra ita ex textu hoc rationem reddit: Nam quid est aliud si diligis me: pascere oues meas: quam si dicatur: si me diligis non te pascere cogit, sed oues meas: sicut meos pascere non sicut tuas: gloriam meam in qua quare, non tuam: dominium meum, non tuum: lora mea, non tua: ne sis in eorum societate, qui perueniunt ad tempora periculosa, seipsos amant, & cetera, quæ huic malorum mixto connectuntur: quibus malis maior amoris Dei excessu magis occurritur, quo magis peccata nostra concupiscentia eradicator, & sane quo ardentior Dei charitas hæc sit, & de pascendis, & custodiendis eius ouibus providentia, & ad arcendos lupos maior procul dubio erit fortitudo. Respondet secundo Ruiz, comparationem, & prælationem illam amoris Petri non respectu omnium Discipulorum, sed eorum tantum, quibus ibi aderant fuisse. Nonne verò in his aderat, & Ioannes de comparatione solum cum hoc est disputatio. Tertio denique solidius respondet: pro tunc solum ex hoc loco Petrum plus Ioanne, & diligentem, & dilectum à Deo euinci; non autem absolute: siquidem postea Ioannes triginta duobus annis Petro superuixit, quibus à charitatis, & meritum, & gratiæ amplioris, cum ex opere operato, tum ex opere operantis augmento non orbabatur, sed enixe insistebat: maxime ex consuetudine, etiam Petro superstitie, cum Diuina Christi oblationis commendatione, & amicissima substitutione eius in tantæ matris filium. Horum autem meritorum, per tot amplius annos, Ioannis multitudine, & valore etiam, crescit immensum ex gratiæ Ioannis in eius intentione maiore, eius quidem augmento condignum meritum crescere, ut certum supponit: verum solutio non præstat; nihilque tot discatibus contra nostram sententiam finem affert.

12. Ut à clarioribus ordiar: cum colloquium, quo Petri amor Ioannis amoris prælati admittitur post Christi resurrectionem fuit: Ioannis vero in Maria Filium facta ante Christi obitum fuisset: iam, & amor